v. 23. Superbus Demarati Corinthii filius) Damaratum appellat M. Verrius in faſtis Capitolinis non Superbi patrem, ſed Priſci Tarquinii. Dionyſius pronepotem exiſtimat Superbum Damarati, nepotem autem Priſci. Sunt, qui exiſtiment ſcribendum (fili) filius, aut FIL. Ius: alii Superbum exiſtimant pro Priſco poſitum, quod mihi non placet. non enim poſſet Sex. Papirius omnium Regum leges colligere.

v. 32. L. Iunius Brutus) Conſul fuit cum L. Tarquinio Collatino, et eo abdicante cum P. Valerio Poplicula, anno vrbis conditae 244. ex faſtis capitolinis.

v. 43. M. Tullius Cicero) Conſul fuit cum C. Antonio M. F. anno vrbis 690. ex faſtis.

v. 44. * Iulia) ſic etiam eſt in Baſil. lib. 60. tit. 36. Fulniam appellat Salluſt. niſi mendoſus liber ſit.

p. 290. v. 2. Sex. Aelius Paetus Catus) Conſul fuit cum T. Quinctio T. F. Flaminino an. vrbis 555.

v. 3. P. Aelius Paetus) Conſul fuit an. 552. cum CN. Cornelio L. F. Lentulo.

Ibid. P. Mucius Scaeuula) cum L. Calpurnio Piſone Frugi Conſul fuit an. 620.

v. 4. Manius Manilius) an. 604. qui fuit primus belli Punici tertii, Cos. fuit cum L. Marcio C. F. Cenſorino.

Ibid. P. Rutilius Rufus) Cos. fuit cum CN. Mallio an. vrbis 648.

v. 5. Q. Aelius Paetus Tubero) Hic Conſul non fuit, ſed pater eius L. Aemilii Paulli gener cum M. Iunio M. F. Penno an. 586.

Alii poſſunt addi Conſules, a Pomponio relati, vt Iuriſconſulti: ſed nos his contenti fuimus, quorum Conſulatus in Digeſtis mentio fit.

v. 7. D. Liuius Drutus et c.) Hos fuiſſe ſuffectos Conſules exiſtimo, et ſub Caeſarib. propter eam ſententiam, quae non eſt apta ſuperiorib. temporib. vt viri Quaeſtorii prouincias ſortirentur, quas Praetorii tantum, et Conſulares habere ſoliti fuerant.

v. 13. Cornelius Sulla et c.) Hos etiam ſuffectos, et ſub Caeſarib. fuiſſe arbitror. Aperte enim Venuleius de Legato Caeſaris, id eſt preſide prouinciae loquitur.

v. 17. Secundae claſſis Conſules ſub Caeſaribus) Adde Lampadium, et Oreſtem Cos. ex conſt. Deo auctore, poſita initio Digeſtor. et lib. 1. Cod. Iuſtin. et Iuſtiniani ternum Conſulatum ex conſtit. Tanta, et conſt. Omnem.

v. 19. A. Vibius C. F. C. N. Habitus) ſic eſt in faſtis Capitolinis, quorum ſcripturam praefero ſcripturae Pandectarum, in quib. eſt Vibio Auito, et Lucio Aproniano Conſulibus. Scribo igitur, Vibio A Vito. et Lucio Apronio, ſiue Aproniano. Sic etiam 48. 19. 39. Cicero in oratione pro Cluentio Auito. Sed Habito eſt in Tullianis libris. Placet tamen quibuſdam Auito vtrubiq. retinere: ego de Vibio Habito dixi ſententiam meam, de Cluentio nihil certi habeo. Fuerunt autem hi Conſules ſuffecti ex Kal. Iul. an. 760. cum ordinarii Conſules fuiſſent M. Furius Camillus, Sex. Nonius Quinctilianus Auguſti Tribun. Poteſt. XXX. Ti. Caeſaris. IX.

v. 24. Manius Aemilius Lepidus) praenomen id ex teſſera eburnea Romae inuenta ſumptum eſt. Eius haec verba ſunt. S P. N. FEB. M'. LEP. T. STAT. COS. OLYMPVS. PETILLI. quae ita interpretor. Sportulam Nonis Februariis Manio Lepido, Tito Statilio Conſulib. Olympus Petillii ſeruus accipiet. Hi Conſules ordinarii fuerunt an. vrbis 763. ſub Auguſto. Viden. Vlpian. in fragmen. Pith. tit. 8. de falſo teſtimonio, vbi Licinii, et Statilii Tauri Cos. fit mentio.

v. 29. M. Valerius Meſſalla) Hi Conſules ſub Tiberio Caeſare fuerunt anno vrbis 772. De his Dion lib. 57. Apud Tacitum lib. 3. C. Aurelius pro Marco ſcriptum eſt. Horum etiam Conſulum mentionem inuenio apud Vlpian. lib. 8. ſub titulo de poena le-

gis Corneliae teſtamentariae, in fragmen. Pith. eod. tit. a. de falſo teſtimonio.

v. 35. M. Vinucius Quartinus) Hic Cos. fuit cum C. Caſsio Longino an. 780. ſub Ti. Caeſare. Ad hunc Quartinum Velleius Paterculus ſcripſit, eumq. Cos. fuiſſe ait poſt palilia prima an. 785. ſed ſcribendum 780.

v. 39 Velleius Rufus, Oſtorius Scapula) Hos Conſules ſuffectos fuiſſe exiſtimamus ſub Tiberio Claudio Imp. Non recte in Pand. Floren. eſt Velleo Rufo, et Oſterio Scapula. Apud Iuſtin. li. 3. Inſtit. tit. de adſign. libertor. eſt, Sabellio Rufo, et Aſterio Scapula. et apud Theophil. ΟΥΪΑΙΟΥ ΡΟΥΦΟΥ ΚΑΙ ΟΣΤΩΡΙΟΥ.

v. 44. L. Annaeus Seneca, Trebellius Maximus) Hi etiam Conſules ſuffecti fuerunt an. 814. ſub Nerone. quo anno erant ordinarii P. Marius Celſus, L. Aſinius Gallus. Horum etiam mentionem facit Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de fid. icom. heredit.

p. 291. v. 1. M. Iunius Silanus, Velleius Tutor) Horum Conſulum tempora quaerimus. vide S. C. Vellean. Non recte autem Velleus et Velleanum in Pand. Floren eſt I omiſſo.

v. 6. Rubrius Gallus, Caelius Hiſpo) Hi Cos. ſuffecti fuerunt ſub Traiano. quo anno incertum eſt.

v. 12. Ducenius Verus) C. Iuuentius Verus cum Ser. Seruiano tertio Conſul fuit ſub Hadriano Imp ex quodam titulo, et ex variis ſcriptorib. anno vrbis 886. An hic idem ſit, adfirmare nequeo.

v. 16. Acilius Auiola, Corellius Panſa) Hi Cos. ordinarii fuerunt ſub Hadriano an. 874.

v. 20. Acilius Glabrio) Hic Manius Acilius Glabrio dictus eſt, vt ex veteri titulo apparet, eiusq. collega C. Bellicius Torquatus. Conſules ordinarii fuerunt an. 876. ſub Hadriano.

v. 23. Annius Verus) Cum Neratio Priſco fuit, ſed quo tempore quaerendum. Fuit autem Annius Verus auus Marci Imp. bis Conſul, et Praef. Vrbi teſte Capitolino.

v. 26. Q. Iulius Balbus) Hic Cos. ordinarius fuit cum P. Iuuentio Celſo II. an. 881. ſub eod Hadriano.

v. 27. T. Aufidius Oenus Seuerianus) Titius eſt in Pand pro Titus, vt ſuſpicor. fuiſſe autem creditur Conſul ſuffectus eod. anno.

v. 33. Pudens, Pollio) Hi Cos. ordinarii ſub Antonino, et Vero fuerunt an. 918.

v. 37. Proculus, Munatius) Hos Cos. ſuffectos fuiſſe ſuſpicamur ſub eiſd. Imperatorib. ſed neq. Conſules appellat Vlpianus, neq. Proculum Conſulem fuiſſe ait Pomponius, Proculus ille princeps Proculianorum antiquior eſt.

v. 41. Tertullus, Clemens) Hi Cos. ordinarii ſub Seuero Imp. fuerunt an. 947. Viden. conſtit. 1. Codicis Iuſtin. lib. 9. tit. 1.

v. 46. L. Septimius Plautianus) Cos. iterum fuit cum P. Septimio Geta Seueri fratre, ambo ordinarii ſub Seuero, et Antonino an. 955. Huius Plautiani filia Plautilla vxor Antonini Caracallae fuit.

p. 292. v. 3. Fuluius Aemilianus, Nummius Albinus) Ordinarii Cos. fuerunt ſub eiſd. Impp. an 959.

v. 10. Alfenus Varus) Diximus alibi P. Alfenum P. F. Varum Conſulem ordinarium fuiſſe cum P. Vinucio anno Chriſti tertio, vrbis 754. ex Dione, et Paterculo.

Ibid. Ateius Capito) C. Ateius Capito cum C. Vibio Poſtumo Cos. ſuffectus fuit ex Kal. Iul. an. vrbis 758. ſub Auguſto, vt quidam ſuſpicantur ex quodam titulo, et ex Taciti verbis extremo libro tertio.

v. 11. C. Caſsius Longinus) De hoc diximus in Quartino.

Ibid. P. Iuuentius Celſus) De ſecundo Conſulatu diximus in Q. Iulio Balbo. de priore quaerendum.

v. 13. Salulus Iulianus) Hic cum Torquato II. Cos. ordinarius fuit an. 901. ſub Pio.

v. 14. et Proculo) malo et Caſſio. nam Proculus non is eſt, vt ſupra diximus.

v. 27. Adde Leon. lib. 60. Baſil. tit. 37. c. 31.

p. 292. v. 29. De nominib. Imperatorum) Hic poſuimus tantum, quae ab iuriſconſultis in Digeſtis nominantur a C. Caeſare ad Alexandrum. Addi debet Iuſtiniani nomen poſitum initio Digeſtorum in trib. conſtitutionib. Latinis, et Graece in Graeca conſtit. et in epigrammate.

v. 31. C. Iulius C. F. C. N. Caeſar) ſic M. Verrius in faſtis.

v. 33. Diuos Iullus) ſic eſt in nummis Auguſti.

v. 34. duos Praetores et c.) Praetorum. Aedilium, Quaeſtorum, minorum etiam magiſtratuum numerum auxit. Sueton.

v. 37. Caeſari familiariſsimus) fortaſſe haec ad Auguſtum pertinent. Trebatium fuiſſe C. Caeſari familiariſsimum conſtat ex Ciceronis epiſtulis: de Ofilio nihil accepi.

p. 293. v. 6. Caeſar et c.) Si Alfeni ſententia eſt, poſſunt haec ad Auguſtum pertinere; ſi Serui Sulpicii, vt omnia fere Alfeni nomine edita, ad C. Caeſarem pertinent.

Praeter ea, quae C. Caeſaris ſunt in Digeſtis, adde.

Sueton. in eod. c. 40. 41. et 42.
Ioſeph. lib. 14. c. 19. antiq.
Adde leges Iulias quaſdam.

v. 19. Nerua Caeſari familiariſsimus fuit) Tiberio Caeſari, vt alibi diximus.

v. 25. Adde Sueton. In Auguſto cap. 30.

v. 31. Praefectus Aegypti) Adde 40. 2. 21. et Tacitum lib. 12.

Praeter ea, quae Auguſti ſunt in Digeſtis, adde.

Ex Iuſtin. lib. 1. Inſtit. tit. de adoptio. et lib. 2. tit. quib. non eſt perm. fac. teſt. et tit. de fideicom. hered et tit. de codicillis.

Ex Vlpian. in fragmen. Tilianis tit. 20. de teſtam. ſi deleatur Marci nomen.

Ex Sueton. in eod. c. 30. et 31. et c. vſq. ad 46.

Ex Ioſepho lib. 16. c. 6 antiq.

Adde leges Iulias quaſdam, et Papiam, et Falcidiam,

et Aeliam Sentiam.
p.294.v.3.T1. Iulius et c.) ſic eſt in nummis eiuſdem.
v.5. poſteaque hoc coepit) maio, poſtea quam hoc coepit.
v.11.Caeſar ciuitate pelleret) haec ad Neronem pertinent ad Tiberium autem, quae de Nerua dicuntur. Hic etiam Nerua Caeſari familiariſsimus fuit.
v.13. Adde Iuſtin.lib.1. Inſtit. tit. de vulgari ſubſtit. et Sueton.c.70.

Praeter ea, quae Tiberii Caeſaris ſunt in Digeſtis, adde.

Ex Iuſtin lib.1.Inſtit.tit.de adoption.
Ex Sueton.In eodem Tiberio.
Ex Tacito li.1.et 3.
Ex Gellio lib.5.cap.6.et li.16.c.23.
Ex Iulio Frontino in libro de limitib.
Ex Xiphilino in eodem Tiberio.
v.20. Germanici mentio fit lib.1. Inſtit.tit. de adoptionib.
v.27. de fideicommiſſo) Viden. Sueton.cap.23.
v.36. Adde Sueton.c.25.
v.38. Adde Iuſtin.li.3.Inſt.tit.de adſign libert.
v.41. Adde Iuſtin.conſtit. ſing. de Latina libertate. et Sueton.c.23.
v.49. Adde Alex.conſt.3.de his, qui ſibi adſcrib.Sueton.in Nero.c.16.

Praeter ſupraſcripta Claudii Imp. adde.

Ex Iuſtin.li.3.Inſtit.tit.de S.C.Tertull. et tit. de ſucceſsion.ſubla.et in conſt.ſing.de S.C.Claud.toll. Tacito lib.12.Sueton.in Veſpaſ.c.11. Vlpiano In fragm.Tilianis tit.x1.de tutelis. Paulo lib.4.ſenten. tit.10.ad S.C.Orphit.multis conſtitut. poſitis ſub tit.ad S.C.Claudian.lib.4.Cod.Theod.et li.10. tit.10.de murileg. conſt.10.et li.12.tit.1.de decurion.conſt.179.
Ex eod. Vlpiano in fragm.eiſd.tit.3. de Latinis, et 16.de ſolidi capacit.et Suetonio.c.23.
Ex Tacito lib.11.et 12.
Ex Sueton c.19.et 23.et 25.
Ex Ioſepho lib.19.c 5.et li.20.c.1.antiq.
Viden.conſtit.Dioclet.et Maxim.1.Ne liceat poten. quae extat Graece lib.7.tit.9.c.1. Baſil. ſed ea ad Claudium Imp poſterioris ſaeculi videtur pertinere.
v.34.Paridem pantomimum Domitia Neronis filia) Viden.Sueton.cap.54.in Nerone, et in Domitian. c.3. Fuit autem Domitia Domitiani vxor Paridis hiſtrionis amore flagrans. Altera Domitia fuit Neronis amita, de qua fortaſſe agitur, vt poſtea dicemus.

Praeter ea, quae Neronis ſunt in Digeſtis, adde.

Ex Vlpiano in fragmen.Tilianis tit.24. de legatis.
Ex Paulo lib.3.ſenten.tit.5.de S.C.Silan.vide 29.5.8.

Ex Sueton.c.16.

Praeter ea, quae Veſpaſiani in Pand. ſunt, adde.

Ex Iuſtin.lib.2.Inſtit.tit.de fideicom.hered.
Ex Sueton. in eod.c.8.10.11.et 18.Habeo etiam reſcripti exemplum.1v.viris, et Decurionib. Saborenſib.

Praeter ea, quae Titi, et Domitiani in Digeſtis ſunt, adde.

Ex Sueton.in Tito cap.8.et in Domit.c.7.et 8.et 9.et 10.et 14.
Ex Gellio li.15.c.11.
Ex Plinio lib.10.epiſtul.
p.295.v.41.Adden.Leo lib.60.Baſil tit.1.cap.16.
v.54. Adde Sueton. in Domitiano cap.8.et Capitolin.in Marco.

Praeter ea, quae Neruae ſunt in Digeſtis, adde.

Ex Iuſtin.li.2.Inſtit.tit.quib.non eſt perm. facere teſt.
Ex Vlp.in fragm.Tilianis tit.24. de legatis.vide 30.122.
Ex Plinio lib.10.epiſtul.
Ex Dione, ſiue Xiphil.in Nerua.
p.296.v.10.Adde 41.4.2.6.
v.18. Statilio Seuero) Adde Iuſtin.lib.2.Inſtit.tit.de militari teſtam.
v.21.Adde 49.14.13.16.
v.32.Adde.26.7.12.1.
v.34.Adden.Leo lib.60.Baſil.tit.11.c.6.
v.41.Adden.Leo lib.60.Baſil.tit.1.c.19.
v.54.Diui Trahiani) Hadriani eſt in Baſil.lib.60.tit. 54.c.1.
p.297.v.26.Indicia) In Dacia, ſcribendum alii admonuerunt, quib.ſubſcribo.

Praeter ea, quae Traiani in Digeſtis ſunt, adde.

Ex Iuſtin.lib.2.Inſtit.tit.quib.non eſt perm.facere teſtam.et lib.3.tit de ſucceſſ.libert.
Ex conſtit.ſing.de Latina libert.viden. Dion ſiue Xyphil.in Hadr.
Ex Plinio lib.10.epiſtul.
Ex Dione, ſiue Xyphil.in Traiano.
Ex Sex.Aurelio Victore in eod.
v.28. Vmbriciam) Vmbram, Vlpian. in fragmen. Pith.tit.5.de iure, et facultia dominorum.
v.34. Adde Marci conſtit.1.de petit.hered.
p.300.v.15.Adde Iuſtin. conſtit.vit.de conſtit. pecun.et lib.3.Inſtit.tit.de fideiuſſor.
v.23.Adde Vlpian.in fragm.Pith.tit.1.de abactorib.
v.27 Plenius Vlpian.in eiſd.fragm.tit.13.de termino moto.

v.41. Adde

v.41. Adde Vlpian. in eiſd. fragm. tit. 1. de ſicariis.
v.44. Plenius Vlpian. in eod. tit. 1.

Praeter ea, quae Hadriani ſunt in Digeſtis, adde.

Ex Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de rerum diuiſ. them. theſauros. (viden. Spartian. in eod. Hadr.) et tit. de teſtam. ordin. vbi refertur conſt. 1. de teſtam. quae Hadriani eſt. Item tit. quib. non eſt perm. fac. teſtam. et tit. de hered. qual. et diff. et lib. 3. tit. de S. C. Tertull. et tit. de fideiuſſor.
Ex Pio conſt. 1. quomodo, et quando iudex.
Ex Alexandro Imp. conſtit. 4. ad Legem Falcid.
Ex Iuſtin. conſt. 3. de edicto Diui Hadriani, et ex conſt. vlt. Theodoſii de teſtam. lib. 4. Cod. Theod. et conſtit. 16. Gratiani, et alior. quor. appell. non recipi. lib. 11. c. Cod. et Nou. 1. Theodoſii, et Valentin. de teſtam. et Iuſt. conſtit. Tanta. Graeca, et Latina poſita ante Digeſta, et ſub tit. de veteri iure enucle. lib. 1. Codicis Iuſtin.
Ex Vlpiano in fragm. Tilianis tit. 3. de Latinis. et tit. 24. de legatis. vide 30. 112.
Adde conſtit. pro Chriſtianis ad Minucium Fundanum Proconſulem Aſiae ſucceſſorem Sereni Germani ſiue Graniani, ex Iuſtino in apolog. et Euſebio lib. 4. c. 9. hiſt. eccleſ. et Paulo Diacono lib. 10. c. 3. Alterius conſtit. pro Chriſtianis mentio fit in conſtit. Pii apud eoſdem.
Ex A. Gellio lib. 3. c. 16. et lib. 16. c. 13.
Ex Dione ſiue Xyphil. in eod. Hadr.
Ex Spartiano, et Victore in eod.
Ex Paulo Diacono d. lib. 10. c. 3.
p. 301. v. 19. ad Aelium Marcianum) Aurelium habet Vlpian. in fragmen. Pith. tit. 3. de iure, et ſaeuitia dominor. ſed Aelium appellant Iuſtin. et Theophil. lib. 1. Inſtit. tit. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. Viden. Spartian.
p. 304. v. 18. Adde 27. 10. 16.
p. 305. v. 4. et Antonini) De hoc Pii reſcripto aperte tiut Iuſtin. lib. 1. Inſtit. tit. de excuſat. tutor.
p. 305. v. 11. Vide 26. 5. 12.
v. 35. Exſtat haec conſtit. ſub tit. de hered. inſtit. c. 13. in Cod. Iuſtin. vide 34. 8. 3.
p. 306. v. 8. Sextiae Baſiliae) Sextiliae, conſt. 1. de legatis.
v. 13. Vide 29. 1. 25. 1. et 48. 16. 16. ex Baſil. lib. 60. tit. 34. c. 17. namq. in Pand. Florent. non eſt.
p. 308. v. 59. Vide 48. 2. 5. 3.
p. 309. v. 1. Adde Leonis lib. 60. Baſil. tit. 18. c. 6.
v. 5. Vide 48. 5. 38. 4.
v. 11. Caecilio Iubentiano) Iuuentiano ſcribi debuit. Maecilio vero ſcriptum eſt 48. 18. 15.

Praeter ſupra ſcriptas Pii conſtitutiones, adde poſitas in Codice Iuſtiniani.

Lib. 2. tit. de edendo conſt. 1. quae Graece poſita eſt lib. 7. Baſilicor. tit. 18. c. 24.
Lib. e. Cod. tit. de procur. conſt. 1. quae eſt in Baſil. lib. 8. tit. 2. c. 79.
Lib. e. Cod. tit. ſi aduerſus creditor. conſt. 1.
Lib. 4. tit. de vſuris, conſt. 1.
Lib. 5. tit. de alendis liberis. conſt. 1.
Lib. 6. tit. de impuberum, et aliis conſti. 1. quam Pii eſſe docet Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de vulgari ſubſtit.
Lib. e. Cod. tit. vt in poſſeſſ. legat. conſt. 1.
Lib. 7. tit. quomodo, et quando iudex, conſt. 1.
Lib. 9. tit. de poenis conſt. 1. quae eſt in Baſil. lib. 60. tit. 51. c. 44.
Imp. Alexander conſt. 4. de locato refert Pii reſcriptum, quod eſſe putamus conſt. 1. eiuſd. tituli, quae a Paulo refertur integra in fragmen. Pith. tit. 10. de depoſito. vide 19. 2. 55.
Impp. Dioclet. et Maxim. conſt. 11. de teſtam. manum, quae eſt in Baſil. lib. 48. tit. 3. c. 68. referunt aliam conſtit. Pii. In Baſil. autem Pii, et Antonini duae conſtit. ſignificantur.
Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de vſucapion. et tit. de legatis them. Quod autem diximus.
Reſcriptum huius Imp. exſtat Iuuentio Celſo pro magiſtro, Pollione, et Opimiano Coſ. ſiue Seuero, et Sabiniano, Coſ. ordinariis. in libro Inſeription. Roman.
Aliud exſtat ab Vlp. relatum in fragmen. Pith. tit. 3. de iure, et ſaeuitia dominor.
Mentio quoq. fit reſcripti eiuſd. Pii apud Vlpia. in eiſd. fragm. tit. 15. de mathematicis.
Antonini reſcriptum refert idem Vlpian. in eiſd. fragm. tit. 14. de plagiariis.
Pii reſcriptum refert Paulus lib. v. ſenten. tit. 6. de interdictis. Vide 43. 30. 1. 3.
Diui Antonini refert Vlpian. in fragm. Tillianis, tit. 8. de adoption. et tit. 17. de caducis.
Pii refert Conſtantinus Imp. lib. 2. tit. 12. conſtit. 4. de donation. in Cod. Theod. Antonini Valens et alii conſt. 4. li. 9. ti. 19. ad legem Cornel. de falſo. e. Cod. quae eſt 23. e. tit. lib. 9. Cod. Iuſtin.
Apud Iuſtinum in apolog. exſtat integra Pii conſt. Graeca pro Chriſtianis. eam Latine refert Paul. Diac. lib. 10. c. 4. Sed Euſeb. et Rufinus lib. 4. c. 13. hiſt. eccl. Marco adſcribunt.
Adde alias variis ex cauſis apud Capitolin. in eod. Pio.
p. 310. v. 37. Adde 1. 18. 14.
p. 311. v. 34. Adde Iuſtin. li. 2. Inſt. tit. de excuſat. tut.
v. 36. Adde Seueri conſtit. 2. de impub. et aliis.
p. 312. v. 41. Imperatorii) ſic eſt mendoſe in Pand. pro Imperatores.

Praeter ſupra ſcriptas conſtit. duorum fratrum, adde alias poſitas in Codice Iuſtin.

Lib. 2. tit. de procurat. conſtit. 5. quae eſt poſita lib. 8. Baſil. tit. 1. cap. 20.
Lib. 5. tit. de alendis liberis conſt. 2. et 3.
Lib. 8. tit. de patria poteſt. conſt. 1.
Referuntur aliae a Iuſtin. lib. 1. Inſtit. tit. de excuſat. tut.
Adde Capitolin. in Marco, et Volcatium in Caſſio,

PP

p. 314. v. 18. Exſtat haec conſt. lib. 6. tit. vt in poſſeſſ. legat. c. 2. eius facit mentionem Alexan. conſt. 7. e. tit.

Ibid. in Semeſtribus) ſic 12. 7. 20: et 29. 2. 12. et Iuſtin. lib. 1. Inſtit. tit. de excuſat. tutor. et Alexan. Imp. conſt. 3. ſi mancip. ita fuerit alien. ἘΝ ΤΑΐΣ ἘΞΑΜΗΝΙΑΊΣ ἈΥΤΟΥ̂ ΔΙΑΤΆΞΕΣΙ. Theophil.

v. 39. Vide conſt. 2. et 3. Si mancipium ita fuerit alien. et 26. 4. 3. et 40. 1. 20.

p. 315. v. 21. Adde 17. 1. 44.

p. 316. v. 41. bona addicta) Huius conſtit. verba exſtant lib. 3. Inſtit. tit. de eo, cui libert. cauſa. Vide 42. 8. 10. 13. et conſt. 6. et 15. de teſtam. manum. quae in Baſil. ſunt lib. 48. tit. 3. c. 64. et 70.

Praeter Marci Aurelii Antonini conſtitut. in Digeſtis relatas, adde eas, quae in Codice Iuſtin. ſunt.

Lib. 3. tit. de petit. hered. conſt. 1.

Lib. 6. tit. de neceſſar. ſeruis hered. conſt. 1. quae aliis eſt 2. Cum ſerui.

Refertur aliarum conſtit. ſententia.

Lib. 2. tit. ſi aduerſ. fiſcum, conſt. vlt. Diocletet Maxim.

Lib. 5. tit. de nuptiis conſt. 25. Si furioſi. Iuſtiniani Imp. et tit. de excuſ. tut. conſt. 17. Licet orationis. et 18. Tutores. Gallieni Imp.

Lib. 6. tit. de his, quib. vt indign. conſt. 11. Cum Silanianum. Iuſtiniani.

Lib. 9. tit. ad L. Iul. maieſt. conſt. vlt. Graeca, quae verba Latina habet Pauli, et Marciani Iuriſcon. poſita autem fuit in Baſil. lib. 60. tit. 36. c. 19.

Adden. Iuſtin. lib. 1. Inſtit. tit. de excuſat. tutor.

Vlpian. in fragmen. Pith. tit. 25. de mathematicis.

Idem in fragmen. Tilii tit. 20. de teſtam. niſi mendoſus locus ſit. et tit. 22. qui heredes inſtitui poſſunt.

Pro Chriſtianis exſtat reſcriptum Marci in fine apologetici Iuſtini. eius conſtit. mentionem faciunt Euſebius in chron. et lib. 5. c. 5. hiſtor. eccl. et Tertullian. in apolog. c. 5. et in libro ad Scapulam.

Varia reſcripta refert Volcat. Gallican. in Caſsio, et Spartian. in Nigro, et Capitolin. in Clodio Albino, et in ipſo Marco.

Notandum eſt Marci conſtitutiones dici, non ſolum quas ſolus edidit; ſed etiam eas, quas cum fratre Vero, et cum filio Commodo conſtituit.

p. 318. v. 32. ad orationem Diui Seueri, et Commodi) ſcribo, Diui Antonini, et Commodi, vt 3. 3. 60.

v. 50. Adde Paulum in fragmen. Pith. tit. 4. de adulterio.

Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt Marci, et Commodi, adde.

Ex Iuſtin. lib. 3. Inſtit. tit. ad S. C. Orphit.

Ex Vlpian. in fragmen. Tilian. tit. 26. de legitim. heredib.

Commodi litteras refert Spartian. in Peſcennio Nigro, et Capitolin. in Clodio Albino.

Praeter ea, quae Pertinacis ſunt in Digeſtis, adde conſtitutiones poſitas in Codice Iuſtin.

Lib. 4. tit. ad S. C. Macedon. conſt. 1.

Lib. 6. tit. de neceſſ. ſeruis, conſt. 2. quae aliis eſt 1.

Refertur a Seuero, et Antonino conſt. 1. de bonis libertor.

Adde Herodian. lib. 2. et Capitolin. in Pertinace.

p. 319. v. 32. ad Fabium Cilonem) Adde 48. 19. 8. 3. et 48. 22. 6.

p. 320. v. 49. Omnem et c.) Vide 38. 17. 2. 3.

v. 53. Diui Seueri) et Antonini. Iuſtin. lib. 1. Inſtit. tit. de ſuſpect. tutor. et Theophil.

p. 321. v. 27. Tertyllo, et Clemente) His Conſulib. data eſt conſt. 1. de his, qui accuſare non poſſ. quae poſita eſt lib. 60. Baſil. tit. 34. c. 23. Vide Paulum lib. 2. ſenten. tit. 30. de oratione Diui Seueri, id eſt ſi tutor aliquid diſtraxerit.

Multae conſtit. ſunt in Codice Iuſtin. Seueri Imp. et aliae, in quib. fit aliarum mentio.

Item lib. 2. Inſtit. tit. per quas perſonas cuiq. acqui. fit mentio Seueri conſt. quae prima eſt ſub tit. de acqu. poſſ.

In Codice Gregor. ſub incerto titulo exſtat conſt. 1. Ea, quae per vim.

Vlpian. in fragmen. Pith. tit. 11. de incendiariis alterius conſt. Seueri facit mentionem. Vide 9. 2. 27. 4. 516. 2. 8.

De aliis videndi.

Tertullian. in apologetico.

Herodian. lib. 3.

Spartian. in Nigro, et in Seuero.

Capitolin. in Albino.

p. 326. v. 16. Eiuſdem conſtit. verba refert Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de heredib. inſtit.

p. 327. v. 10. Viden. Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de legatis them. Peculium.

v. 39. Cocceio Campano) Campano habent Iuſtin. et Theophil. lib. 2. Inſtit. tit. quib. modis teſtam. infir.

Multae conſtit. ſunt in Codice Iuſtin. Seueri, et Antonini, quas enumerare noluimus.

Vnius ſententia refertur conſt. vlt. ad legem Iuliam maieſt. a Marciano Iuriſcon. eſt in Baſil. lib. 60. tit. 39. c. 19.

Adde Iuſtin. lib. 1. Inſtit. tit. de excuſat. tut. et lib. 2. tit. de vſucap. et tit. de teſtam. ordin. et tit. de vulg. ſubſtit. et tit. de legatis them. ſed et ſi rem. et them. Si rem ſuam. (Viden. conſt. 3. de legat.) et them. Peculium. et tit. de codicillis.

In Codice Gregoriano hae conſtit. exſtant.
Tit. de poſtulando conſt. 1. quae eſt in Cod. Iuſtin. 1. ex quib. cau. infa. irrog.
Tit. ſi debito perſoluto conſt. 1.
Adde Paulum in fragmen. Pith. tit. 4. de adulterio.

Multae conſtitutiones ſunt Antonini Magni in Codice Iuſtin.

Refertur ſententia aliarum in his.

Lib. 2. tit. 1. de edendo conſt. vlt. Alexandri. ea poſita eſt in Baſil. lib. 7. tit. 18. c. 21. et Graeci dicunt eſſe conſt. 4. Antonini eam, cuius in vlt. fit mentio.
Lib. 6. tit. de liberis praeter. conſt. 4. Iuſtiniani.

In Codicis Gregor. fragmen. ſunt hae.

Tit. de pactis, et tranſact. conſt. 1. quae eſt conſt. 7. in tit. de pactis in Cod. Iuſtin.
Tit. de petitione hered. conſt. 1.
Tit. Si amiſsis, vel debitori redditis inſtr. conſt. 1. quae in Cod. Iuſtin. eſt ſub tit. de fide inſtr. conſt. 1.
Tit. de patria poteſt. conſt. vn.
Tit. incerto conſt. 2. quae in Cod. Iuſtin. eſt ſub tit. de pactis conſt. 6.
Item conſt. 3. quae eſt in Cod. Iuſtin. ſub tit. de in litem iurando conſt. 3.
Item conſt. 4. quae eſt in Cod. Iuſtin. ſub tit. de confeſsis conſt. vn.
Item conſt. 5. cuius verba refert Aurel. Auguſtin. li. 2. de adulterinis coniugiis, vt verba Antonini Imp. poſita in Codice Gregor. pars eorum eſt apud Vlpian. 48. 5. 13. 3.
Adde aliam ſumptam ex Cod. Gregor. lib. 4. tit. ad legem Corn. de ſicariis, eſt in fragm. Pith. tit. 1. de ſicariis. et in Cod. Iuſtin. ſub tit. ad legem Corn. de ſicar. conſt. 1. quae ex duab. conſtit. Antonini, et Alexandri vna effecta eſt, vt apparet ex eiſd. fragment. In Baſilicis quoq. vna eſt lib. 60. tit. 39. c. 18.
De aliis Antonini conſtitutionib. vide in Pio.
Antonini Magni conſt. ſententiam refert Paulus in fragmen. Pith. tit. 4. de adulterio. vide 48. 5. 38. 4. et conſt. 4. ad legem Iul. de adulter. quae Alex. inſcribitur.

Multae ſunt Alexandri conſtit. in Codice Iuſtin.

In Codice Gregor. exſtant hae.

Tit. de inoffi. teſtam. conſt. 1. et 2.
Tit. quod cum eo conſt. 2. quae eſt in Codice Iuſtin. ſub titulo ad S. C. Macedon. conſt. 5.
Tit. incerto conſt. 6. quae eſt in Cod. Iuſtin. ſub tit. de pactis conſt. 9. ſiue 8. Cumpoſtea.
Item conſt. 7. et 8. e. tit.
Adde conſtit. Alex. quae fuerat in eod. Cod. Gregor. vt in fragmen. Pith. eſt tit. 1. de ſicariis. poſita eſt ſimul cum conſt. Antonini Magni in Cod. Iuſtin. ſub tit. ad legem Corn. de ſicariis conſt. 1. et in Baſil. li. 60. tit. 39. c. 18.
Alia conſt. eſt in eiſd. fragmen. tit. 10. de depoſito ex eod. Cod. Gregor. lib. 4. eod. titulo. quae eſt in Cod. Iuſtin. conſt. 1. eiuſd. tit.
Adde ex Lampridio in Elagabalo, et in Alexandro aliarum conſtit. ſententiam.

p. 134. v. 2. Aelia Sentia) Haec lex a Conſulib. ſub quib. lata eſt, nomen accepit Sex. Aelio Catulo, C. Sentio Saturnino anno vrbis 756. quo anno Auguſtus Tiberium adoptauit, vt Patercul. lib. 2. ſcribit. Falſum autem eſt Ciceronem in Topicis eius facere mentionem, cum in meliorib. libris non lex Aelia Sentia. ſed L E X tantum legatur, qua voce lex duodecim tabularum ſignificatur. Huius legis ſex capita praecipua fuerunt. I. de dediticiis libertis ex Iuſtin. lib. 1. Inſtit. tit. de libertinis, et Theophil. et Vlpiano in fragm. Tilianis tit. 1. de libertis. et Suetonio in Auguſto. Vide lib. 7. conſtit. tit. de dediticia libertate, et de Latina libertate, et lib. 48. Baſil. tit. 14. c. 1.
Alterum caput erat de manumiſsionib. in fraudem creditorum factis, vna excepta neceſſarii heredis. Hoc etiam Iuſtin. ſcribit d. lib. 1. Inſtit. tit. quib. ex cauſis manum. non licet, et Vlpian. in d. fragm. tit. de libertis. Adde 12. 5. 42: 57: 60: 83. et conſt. 5. de teſtam. manum. quae eſt in Baſil. lib. 48. tit. 3. c. 63. et conſtit. 1. qui manum. non poſſ. quae eſt in Baſil. d. lib. 48. tit. 7. c. 33. Video. Graecus interpres in fragmen. Pith.
Tertio capite agebatur de minore annis xx, manumittente cauſa probata in conſilio. Qua de re Iuſtin. videndus d. tit. quib. ex cau. man. non licet, et Vlp. d. tit. de libertis. qui addit de ſeruo minore annis xxx. Vide 40. 2. 16. 40. 9. 16.
Quarto capite agi potuit, ne patronus adigat iureiurando libertam, ne nubat; aut libertum, ne vxorem ducat, aut liberos tollat. Vide 37. 14. 6: 15: 38. 16. 3. 2: 40. 9. 31.
Quinto prohibebantur patroni libertos obligare onerandae libertatis cauſſa. Vide 40. 9. 32.
Sextum caput de ingratis libertis eſt. Vide 50. 16. 70. et Dion. lib. 55.
Sunt alia minutiora, vt quod Iuſtin. refert Nou. 162. cap. 1. Vlp. d. tit. de libertis, et tit. 7. de iure donationum inter virum, et vx. et Caius lib. 3. Inſtit. vt eſt in fragm. Pith tit. 16. de legitima ſucceſſ.
p. 334. v. 3. Adde Vlpianum quattuor libros ad eandem legem ſcripſiſſe, vt capite 1. oſtendimus.
v. 47. Agraria) Leges Agrariae fuerunt Caſsia, Licinia, Flaminia, Semproniae. Appuleia, Seruilia, et Iuliae. Exſtat autem fragmentum legis Agrariae, quae Mamilia, Roſcia, Peducea, Alliena in libello de limitib. dicitur. et aliud fragmen. veteris legis Agrariae incerti nominis.
v. 48. quam Iulius Caeſar tulit) C. Caeſar in primo Conſulatu inuito M. Calpurnio Bibulo collega legem hanc pertulit, et Campum Stellatem, et agrum Campanum xx millibus hominum diuiſit, vt Sueton. in eod. Caeſare, et in Auguſto, et Patercul. et Appian. lib. 2. bellor. ciuil. et Florus lib. 103. referunt. Poſtea vero idem Caeſar octoginta hominum millia in tranſmarinas colonias deduxit, vt idem Sueton, ſcribit, id legib. Iuliis Agrariis fa-

ctum eſt. Vnius mentio fit in lege Tiberii Caeſaris de ſepulchris, de qua alibi diximus, et apud Hyginum de limitib. et qui de coloniis, et agris ſcripſerunt, ſaepius leges Iulias, et Caeſaris, et Auguſti referunt.

p. 334. v. 51. Aquilia de damno iniuria) Ab Aquilio quodam veteri Tribuno plebis nomen accepit. Vnde plebiſcitum appellatur ab Vlp. 9.1.1. et a Iuſtin. et Theoph. lib. 4. Inſtit. tit. de lege Aquil. et Nou. 18. Vide Leon. in Baſil. lib. 60. tit. 3. c. 1. et Iſid. lib. 5. etymol. cap. 15. Non a C. Aquillio Gallo iuriſcon. nam et M. Brutus, et Q. Mucius eo antiquiores Aquiliam adgnouerunt. 9.2.27.14: 9.2.39. Tria capita huius legis fuiſſe inuenio, ex quib. ſecundum ignotum eſt. 9.2.27.4. Iuſtin. lib. 4. Inſtit. d. tit. de lege Aquil. et Leo in Baſil. d. tit. 3. c. 1. et 27. Primo capite de ſeruo, aut quadrupede occiſis agebatur, tertio de damno dato. Aduerſus infitiantem in duplum actio fuit. Vide lib. 9. tit. 2. Digeſt. et Cod. lib. 3. tit. 35. Iuſtin. d. lib. 4. Inſtit. tit. de lege Aquil. et tit. de iniuriis, et tit. de action. them. in duplum. et Paul. lib. 1. ſent. tit. 19. quemad. actiones per infit. duplentur. Papian. lib. ſing. reſponſor. De alia Aquilia lege viden. Cicero in Bruto.

p. 335. v. 35. Adde Vlp. lib. 2. ad Edictum ſub titulo Si quadrupes pauperiem dederit, vt eſt in fragm. Pithoei tit. 7. de furib.

p. 336. v. 15. Multa ex his, quae ſequuntur, inuenies in fragmen. Pith. tit. 11. de incendiariis, ex Vlp. libro ... ad Edictum ſub titulo Si fatebitur iniuria occiſum eſſe, in ſimplum.

v. 30. Aquilia ceſſat) Eadem verba ſunt in fragmen. Pith. tit. 1. de atroci iniuria ex Vlp lib. 19. ad Edictum ſub titulo Si fatebitur iniuria occiſum eſſe, in ſimplum.

p. 339. v. 19. Adde Paul. lib. 1. ſenten. tit. 13. de iudicato. et Papianum tit. 21. de corruptis mulierib.

v. 26. Atinia de vſucapione) Ex verbis Gellii lib. 17. c. 7. apparet antiquam fuiſſe legem, de cuius interpretatione et Q. Scaeuola, et Publius Mucius pater, et M. Brutus, et Manilius veteres iuriſcon. dubitauerint. Eius verba fuerunt illa: Quod ſubreptum erit, eius rei aeterna auctoritas eſto. quibus verbis ſignificabatur furtiuarum rerum vſucapionem non eſſe. Addebatur exceptio, niſi in poteſtatem domini res fuerit reuerſa. 41. 3.4.4: 41. 3.33: 50. 16.215: 123. Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de vſucap. De eadem exiſtimo Ciceronem locutum in Verrem, de Praetura Vrbana.

v. 33. Cincia de donis, et muneribus) Plautus, et Feſtus hanc Muneralem vocant. Tulit hanc M. Cincius Alimentus Tribunus Plebis M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano Cos anno vrbis 549 ex Liuio lib. 29. et 34. et Cicerone in Catone maiore, et lib. 2. de oratore. Hac modus donis, et munerib. poſitus eſt, et vt ne quis ob cauſam orandam donum, munusve acciperet. Viden. Tacitus lib 11. 13 et 15. Plinius lib. v. Epiſtol. Tiberius Claudius Imp. ſeſtertia dena accipi permiſit, vt Tacitus refert. centenos aureos Vlpianus licitum eſſe putat accipere, 50. 13. 1. 5. Viden. conſt. Conſtantini poſita lib. 8. tit. 11. de donation. conſt. 4. in Cod. Theod. et Cicero lib. 1. epiſt. ad Atticum epiſt. extrema, et Arnob. lib. 2. contra gentes.

v. 37. Commiſſoria) Haec non lex publica eſt, ſed priuatorum pactionis condicio. Adde Paul. li. 2. ſenten. tit. 13. de lege Commiſſoria.

v. 40. Cornelia) Hoc nomen multarum legum eſt, vt poſtea dicemus. Hoc loco incertae leges collectae ſunt: poſtea certae enumeratae. Sed in his quoque immixtae certae ſunt.

v. 41. Haec ad Corneliam de falſis, ſiue de teſtamentis pertinent.

v. 43. Haec ad Corneliam de ſicariis. Viden. Vlpian. lib. 4. ad edictum ſub tit. Si quadrup. in fragm. Pith. tit. 7. de furib.

v. 44. Ad eandem haec quoque pertinent.

v. 47. Haec ſingularis eſt de ſponſione, ſiue de alea.

v. 49. Huius fit alibi mentio, a me appellatur Cornelia de captiuis. Ad eandem pertinent quae ſequuntur. 28. 3. 6. 9: 28. 3. 15: 18. 6. 18: 19: 19. 1. 39.

p. 340. v. 10. Haec ad Corneliam de ſicariis fortaſſe pertinent.

v. 11. Haec ad Corneliam de falſis, ſiue teſtamentariam.

v. 14 Haec ſunt Corneliae de captiuis, et quae ſequuntur 35. 2. 22: 32. 3. 4. 1: 38. 16. 1: 41. 3. 15.

v. 24. Incertum eſt, de qua loquatur, ſed ad Corneliam de ſicariis referre poſſumus. Vide lib. 48. tit. 2. c. 8. Baſil.

v. 28. Haec quoque incerta eſt. ſed ad Corneliam de falſis referunt Graeci lib. 60. Baſil. tit. 14 c 2. Vide 48. 10. 1. Digeſt.

v. 30. Graeci ad eandem Corneliam de falſis referunt lib. 60. Baſil. tit. 34. c. 11.

v. 32. Haec ad Corneliam de ſicariis pertinent. Vide lib. 60. tit. 37. c. 34. Baſil. et Papinian. lib. ſing. de adulteriis, vt eſt in fragm. Pith. tit. 4. de adulterio.

v. 33. Incerta eſt, et in Baſil. omittitur. fortaſſe ad eandem de ſicariis refertur.

v. 35. Haec ad Corneliam de falſis pertinent. Vide lib. 60. Baſil. tit. 51. cap. 38.

v. 36. Haec ad Corneliam de captiuis pertinent. et quae poſtea ſequuntur ex eod. libro 49. tit. 15. et 17. vide Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. quib. non eſt perm. facere teſtam. Adde Vlpian. in fragm. Tilianis tit. 23. quemadm. teſtam. rumpuntur. Paul. lib. 3. ſenten. tit. 4. de teſtamentis. Huius legis auctorem ignoramus.

v. 49. Cornelia de falſis) Haec etiam teſtamentaria, et nummaria dicitur. Tulit eam L. Cornelius Sulla Felix, qui quaeſtiones iudiciorum publicorum conſtituit, de falſo, de parricidio, et de ſicariis, et praetorum numerum auxit, vt Pompon. ait. 1. 2. 2. 32. Publica iudicia definit Macer 48. 1. 1. quae ex legibus iudiciorum publicorum veniunt, vt Iulia maieſtatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de ſicariis, et veneficis, Pompeia parricidii, Iulia peculatus, Cornelia de teſtamentis, Iulia de vi priuata, et publica, et c. Sic etiam Iuſtinian. lib. 4. tit. de publicis iudiciis, Publica inquit iudicia haec ſunt, lex Iulia maieſtatis et c. Item lex Cornelia de falſis, quae etiam teſtamentaria vocatur. Sic etiam a Cicerone teſtamentaria, nummaria vocatur li. 3. in Verrem. Vide 48. 10. 9. et Paul. lib. 5. ſenten. tit. 25. ad le-

gem Corneliam teſtamentariam.

Praeter ea, quae hic trib. locis poſita ſunt, de Cornelia, et Cornelia de falſis, et Cornelia de teſtamentis, adde Paulum lib. 1. ſenten. tit. 11. de iudiciis omnib. et lib. 4. tit. 7. de lege Cornelia. et lib. 5. tit. 25. ad legem Corneliam teſtamentariam. et lib. 9. Codicis Theod. tit. 19. ad legem Corn. de falſo, et tit. 10. Victum ciuiliter et c. conſt. 1. et lib. 9. Cod. Iuſtin. tit. 22. ad legem Corn. de falſis, et tit. 31. quando ciuilis actio. Viden. etiam Papian. in libro reſponſor. tit. 32. de falſariis. et Leo lib. 60. tit. 41. Baſilicoe.

v. 52. Adde Vlpian. lib. 8. vt exiſtimo, de officio Proconſulis, ſub tit. de poena legis Corneliae teſtamentariae, vt eſt in fragmen. Pith. tit. 8. de falſo teſtimonio.

v. 61. Vlpianus in fragm. Pith. d. tit. 2. ſenatuſconſultum adfert in hanc ſententiam.

p. 341. v. 17. Coroelia de ioturiis) Haec etiam lex eiuſdem L. Sullae eſt, vt Venuleius oſtendit 48. 2. 12. 4. Eius mentio fit lib. 4. Inſtit. tit. de iniuriis. et a Paulo lib. 5. ſenten. tit. 4. de iniuriis.

v. 41. Cornelia de ſicariis) addendum, et de veneficis. Hanc tuliſſe eundem L. Cornelium Sullam conſtat, ex verbis Ciceronis in Cluentiana, cuius etiam legis verba aliquot refert, quae pertinent ad venenum, et ne quis coitione facta iudicio publico damnetur, item de falſo teſtimonio. Adde Iuſtin. tit. de publicis iudiciis lib. 4. Inſtit. et Paul. lib. 5. ſenten. tit. 23. ad legem Corneliam de ſicariis, et veneficis, cuius etiam verba relata ſunt in fragm. Pith. tit. 1. de ſicariis, et tit. 2. de atroci iniuria, et tit. 3. de iure, et ſaeuitia dominorum, et tit. 7. de furib. et tit. 8. de falſo teſtimonio, vbi plura de hac lege dicuntur, quam in libris Digeſtorum ſunt ex variis iuriſcon. libris. Adde ex Papiniano lib. ſing. de adulteriis, in eiſd. fragm. tit. 4. de adulterio, vide 48. 5. 13. 1. Item tit. 11. de incendiariis. ex Vlpiano lib. 8. de officio Proconſ. vide 42. 1. 1. Adde lib. 9. Cod. Theod. tit. 14. ad legem Corn. de ſicariis. et tit. 19. ad legem Corn. de falſo, conſt. vlt. et lib. 9. tit. 16. ad legem Corn. de ſicariis, Cod. Iuſtin. et in Baſil. lib. 60. tit. 39.

v. 42. Adde Vlp. lib. 5. de off. Proconſ. ex fragmen. Pith. tit. 11. de incendiariis.

v. 47. Adde Papinian. lib. ſing. de adulteriis, vt eſt in fragm. Pith. tit. 4. de adulterio.

p. 342. v. 7. Cornelia de teſtamentis) Haec etiam Teſtamentaria dicitur, et portio eſt Corneliae de falſis. Vide 48. 10. 30. et quae diximus in Cornelia, et Cornelia de falſis. Adde Paul. lib. 5. ſenten. tit. 25. ad legem Corneliam Teſtamentariam, cuius verba ſunt in fragm. Pith. tit. 8. de falſo teſtimonio, vbi adducuntur alia ex Vlp. lib. 8. tit. de poena legis Corneliae Teſtamentariae. Vide 42. 10. 9. 1.

v. 29. Fabia de plagiariis) Neque auctorem huius legis, neque tempora nouimus: ſed apud Ciceronem eius mentio fit in Rabiriana perduellionis, quae Cicerone Conſule habita eſt. Non recte in Pand. Floren. Fauia appellatur, ſed ſcribi debuit Fabia, aut FaVia. Plagium facere dicebantur, qui liberis hominibus pro ſeruis vterentur, eoſq. aut emerent, aut venderent: ſi id quis ſciens dolo malo feciſſet. Extat hac de re lib. 48. tit. 15. Digeſt. et lib. 9. Cod. Iuſtin. tit. 20. et lib. 4. Inſtit. tit. de publicis iudiciis. Paulus olim lib. 5. ſenten. tit. ad legem Fabiam, vt relatum eſt in fragm. Pith. tit. 14. de plagiariis. hodie lib. 5. tit. 6. de interdictis. Vlpian. lib. 9. de offic. Proconſ. tit. ad legem Fabiam in eiſd. fragm. vide 48. 15. 6. 1. Adde lib. 9. Cod. Theod. tit. 18. ad legem Fabiam, et tit. 10. Victum ciuiliter et c. et lib. 9. Cod. Iuſtin. tit. quando ciuilis actio. Papian. tit. 5. de ſollicitationib. et furtis. Leo. lib. 60. tit. 48. Baſil.

v. 50. Falcidia de teſtamentis) Nomen accepit non a falce, vt Graeci, et Latini quidam inepte nugantur; ſed a P. Falcidio Tribuno plebis, qui ſub Auguſto L. Antonio, P. Seruilio Iſaurico iterum Coſ. an. vrbis 713. legem hanc tulit. Dion lib. 48. Euſeb. in chron. Suidas, Iſidor. lib. 5. c. 15. etymol. Grat. diſt. 1. c. 17. quaedam. Huius legis duo capita fuerunt, quae Paulus refert c. 1. ad eandem legem. quid veterib. legib. Furiae, et Voconiae addiderit, docet Theoph. lib. 2. Inſtit. tit. de lege Falc. In chronicis vero Euſebii non recte editum eſt, ſemiſſem retineri ab heredib. ſi plures quattuor fuerint; quae in veterib. libris nulla ſunt. Praeter ea, quae in Digeſtis, et Inſtitutionib. et lib. 6. Codicis, et Nouella 1. a Iuſtiniano poſita ſunt, adde Vlpian. in fragmen. Tilianis tit. 24. de legatis, et tit. 25. de fideicommiſſis, et Caium in Inſtit. tit. de lege Falcidia, et de fideicommiſſis, et Paul. lib. 3. ſenten. tit. ad legem Falcid. et lib. 4. tit. de S. C. Pegaſiano, et tit. de inofficioſi querella. Videnda etiam conſt. Tanta initio Digeſtorum poſita.

p. 350. v. 33. Glitia) Gliciam dictum fuiſſe inuenimus M. Claudium M. F. Dictatorem, qui ſcriba fuerat, et coactus eſt abdicare anno vrbis 504. Glauciae Seruilii fuere, legiſq. cuiuſdam, quam Glaucia tulerat, mentionem facit Cicero in Verrinis. De inofficioſo vero teſtamento Centumuiri cognoſcebant lege Aebutia, vt ex Gellii verbis ſuſpicamur lib. 16. c. 10. Glitiae legis nullam mentionem inuenimus.

v. 36. Hortenſia) Haec a Q. Hortenſio Dictatore appellata eſt, qui ſeditionis ſedandae cauſſa creatus eſt an. vrbis 467. Florus lib. 11. Gellius lib. 15. c. 27. ex Laelio Felice ad Q. Mucium. Huius duo capita fuiſſe animaduerti, priore de plebiſcitis actum, de quib. initio Inſtit. Iuſtinianus, et Pompon. 1. 2. 2. 8. altero de nundinis, vt faſtae eſſent, quod Macrobius ait lib. 1. Saturn.

v. 39. Iulia) Non vna lex, ſed plures fuerunt huius nominis a C. Caeſare, et ab Auguſto, et ab aliis eiuſdem gentis Iuliae latae.

v. 40. ex Paulo lib. 1. ad legem Iuliam eſt 40. 9. 15. cuius pars ad legem Iuliam maieſtatis pertinet: omnia ad manumiſſionis tractatum, de qua Auguſtus leges tulit.

v. 41. Haec ad legem Iuliam iudiciorum pertinent, de qua poſtea dicemus.

v. 43. Ad eandem legem haec etiam pertinent.

v. 41. legis Iuliae) de maritandis ordinib. de qua mox dicendum eſt in Iulia, et Papia.

v. 46. lege Iulia) eadem illa Iulia, ſiue Papia, qua de caducis agebatur.

v.48. Haec ad legem Iuliam de vi pertinere videntur.

v.50. Haec nobis incerta eſt. Sed vide conſt.1. de inofficioſis dotib. lib.2. Cod. Theod.

v.52. Iulia, et Papia Poppaea, Has duas leges eſſe credimus ab Auguſto de eadem re bis latas, Iuliam de maritandis ordinibus, et Papiam Poppaeam de poenis caelibum, et orborum, et de priuilegiis coniugum, et de caducis. De eiſdem poſtea ſeparatim dicemus.

v.53. Viden. Iuſtin. lib.3. Inſt. tit. de ſucceſſ. libertor.

p.352. v.16. Iulia de adulteriis) coërcendis, adde, vt 4.4.37. et lib.48. tit 5. et 48.5.5. et 42. ab Auguſto lata eſt, vt refert Sueton. et Vlp. 48.5.1. et Horat. lib.4. Carminum. Primo capite priorib. legib. abrogat, vt Paulus lib. ſing. de adulteriis ait in fragmen. Pith. tit.4. de adulterio. tum illis verbis vtitur, quae refert Vlp. 48.5.12. Ne quis poſthac ſtuprum adulterium facito ſciens dolo malo. Secundo capite patri permittit filiam, et adulterum occidere domi ſuae, vel generi ſui deprehenſum. Paul. in d. lib. ſing. qua de re viden. Papin. 48.5.20. et Vlp. 48.5.23. Capite quinto de viro agitur, qui adulterum deprehenſum detinet. 48.5.25. ſunt enim perſonae, quas licet ei occidere; enumerat eas Paulus d. lib. ſing. et Macer 48.5.24. Capite ſeptimo abſentes reip. cauſſa in reos referre non licere cautum eſt, vt Vlp. ait 48.5.15.1. ſuſpicor illic agi de his, qui accuſari non poſſunt. Capitis noni mentio fit 48.5.27.9. de ſerui accuſati quaeſtione.

Aliorum capitum numerum referre non poſſumus. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib.9. Cod. Iuſtin. et li.9. tit.7. Cod. Theod. et lib.IV. Inſtit. tit. de publicis iudic. adde ex fragm. Pithoei d. tit.4. et 5. de ſtupratorib. et tit.6. de inceſtis nuptiis, et tit.8. de falſo teſtimonio. et Paul. lib.2. ſenten. tit.21. de dotib. Adde conſt. vlt. ad legem Cornel. de falſo lib.9. Cod. Theod. cuius pars exſtat ſub eod. tit. lib.9. Cod. Iuſtin. Leo. lib.60. Baſil. tit 37.

p.352. v.20. Iulia ambitus) Haec etiam ab Auguſto lata eſt, vt Sueton. ait. De ea Paulus lib.V. ſenten. tit.30. ad legem Iuliam ambitus. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib.9. Cod. Iuſtin. et lib.9. Cod. Theod. et lib.4. tit. vlt. Inſtit. vide conſt. vlt. ad legem Corn. de falſo in Cod. Theod. et Leo. lib.60. tit.46. Baſil.

v.27. Iulia de annona) In publicis iudiciis numeratur ab Aemilio Macro quod ex hac lege exercetur 48.1.1. et a Iuſtin. libro quarto extremo Inſtit. Ea lex Auguſti, an C. Caeſaris Dict. fuerit, incertum eſt. Viden. Leo lib.60. tit 44. Baſil.

v.36. Iulia de fundo dotali) Huius quoq. legis incertus auctor eſt. Quidam ex Pauli verbis lib.2. ſenten. tit.21. de dotib. partem eſſe Iuliae de adulteriis coërcendis ſuſpicantur. quib. non adſentior, et Pauli eſſe librum mendoſum exiſtimo. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, adde lib.5. Cod. Iuſtin. tit. de rei vxoriae act. et tit. de fundo dotali. et lib.2. Inſtit. tit. quib. alien. licet.

v.39. Iulia iudiciorum) Iulia iudiciaria dicitur a Modeſtino 48.14.1. cuius verba hic omiſſa neſcio quomodo ſunt.

v.40. Haec ad Iuliam priuatorum pertinent.

Ibid. ait et c.) adde poſt haec verba Modeſtin. 48.14.1. per legem Iuliam iudiciariam in legem ambitus committit.) haec ad Iuliam publicorum videntur pertinere.

v.41. Iulia priuatorum iudiciorum) Olim multae iudiciariae leges fuerunt, quibus aut equites ſoli, aut cum ſenatoribus, aut etiam cum Tribunis aerarii iudicabant. C. Caeſar hos Tribunos noluit iudicare, ſed ſolos equites, et ſenatores, vt ait Sueton. Eius legis mentionem facit Cicero Philip. 1. et Aſcon. in orat. pro M. Scauro. Diuiditur in publica, et priuata iudicia. Publica ſunt, quae enumerantur a Macro 48.1.1. et a Iuſtin. lib.4. Inſtit. tit. vlt. cetera priuata iudicia ſunt.

v.47. Iulia publicorum iudiciorum) Cum multa fuerint publica iudicia legib. Auguſti comprehenſa, hanc etiam legem eiuſdem fuiſſe arbitror. Sed et Sueton. ait tribus iudicum decuriis quartam addidiſſe ex inferiore cenſu: qui de leuiorib. ſummis iudicarent. aetatem quoq. iudicum definiſſe a trigeſimo anno. Haec poſſunt ad vtraq. iudicia pertinere.

p.353. v.7. Iulia maieſtatis) Incertum eſt a Caione Caeſare, an ab Auguſto haec lata ſit. Capitis primi mentionem facit Vlp. 48.4.1. Cetera ignota ſunt. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib.9. Cod. Iuſtin. et lib.9. Cod. Theod. et libro quarto extremo Inſtit. adde Paul. lib.5. ſenten. tit.29. et Leo. lib.60. Baſil. tit.36.

v.30. Iulia de maritandis ordinibus) Haec ab Auguſto lata eſt, vt refert Sueton. et Horat. in ſaeculari carmine, et Florus lib.59. Hanc eſſe putamus, quae cum Papia coniungitur, vtraq. enim agitur de coniugum praemiis, et de coelibum, et orborum poenis. In poenis caduca ſunt: quamobrem Iulia caducaria appellatur ab Vlpiano in fragmen. Tilianis tit.12. de poſſeſſionib. dandis. Iulia lex a Val. Martiale lib.6. epigram. et a Iuuen. ſatyr.6. Iulia de marit. ordin. ab Alex. Imp. conſt.6. de operis libertor. Verba legis refert Paul. lib.2. ad legem Iuliam. et Papiam. 38.1.37. Alia verba legis Iuliae refert idem Paul. lib.1. ad eaſd. leges. 23.2.44. et Vlpian. ſententiam in fragm. Tilian. tit.13. de caelibe, orbo, et ſolitario patre. quae Papiae eſſe dicuntur a Celſo 23.2.23. et a Iuſtiniano conſt. vlt. de nuptiis. Huius legis Iuliae capitis ſeptimi mentio fit ab A. Gellio lib.2. c.15. capitis vero trigeſimi quinti mentionem facit Marcian. 23.2.19. Sed cum Iuſtinianus lib.8. Codicis titulum ſcripſerit de infirmandis poenis caelibatus, et orbitatis, et de decimariis ſublatis: item lib.6. de indicta viduitate, et de lege Iulia Miſcella tollenda, item de caducis tollendis: multa omiſſa ſunt, quae ad hanc legem pertinebant. Pars relicta eſt in fragm. Tilianis Vlpiani tit.11. de tutelis, vbi huius legis de maritandis ordinib. diſerte mentionem facit. ſed Iuliae tantum d. tit.13. et tit.14. de poena legis Iuliae, et tit.15. de decimis, et tit.16. de ſolidi capacitate inter virum, et vxorem, et tit.17. de caducis, et tit.18. qui habeant ius antiquum in caducis, et tit.22. qui heredes inſtitui poſſunt, vid. Paulus in fragm. Pithoei tit.16. de legitima ſucceſſione. Adde conſtit.9. de nauicularis lib.13. Cod. Theod. et conſt.5. tit. incerti Cod.

Greg. cuius Aurel. Auguſt. mentionem facit lib. 1. de adulter. coniugiis. Vide Iuliam, et Iuliam et Papiam Poppaeam.

v. 24. Adde 23. 2. 45. et 24. 3. 64.

v. 26. Iulia peculatus) et de ſacrilegiis, et reſiduis, addi poteſt ex lib. 48. tit. 13. ſub quo Iulia de reſiduis appellatur a Paulo, et Marciano: Iulia reſiduorum ab eodem Paulo 48. 13. 9. 3. Quo tempore haec lex lata ſit, ignoramus. De eadem praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib. 9. Cod. Iuſtin. et lib. 4. extremo Inſtit. Viden. Paulus lib. 5. ſenten. tit. 27. et Leo lib. 60. tit. 45. Baſil.

v. 45. Iulia repetundarum) Haec a C. Iulio Caeſare lata eſt in Conſulatu, quem cum M. Calpurnio Bibulo geſſit anno vrbis 694. teſtis eſt Cicero in Seſtiana oratione. De eadem ſcribit in ea, quae in Piſonem inſcribitur, et pro Rabirio Poſtumo. Plura eius capita fuiſſe conſtat ex epiſt. M. Coelii, qua verba vnius et centeſimi capitis legis de repetundis referuntur haec. Quod eorum iudicum maior pars iudicarit: id ius, ratumq. eſto. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib. 9. Codicis Iuſtin. et lib. 9. Cod. Theod. et lib. 4. tit. vlt. Inſtit. adde Paul. lib. 5. ſenten. tit. 28. et Leonem lib. 60. Baſil. tit. 4?.

p. 354. v. 10. Iulia de vi) Incertum nobis eſt, a quo lex haec lata ſit. De ea praeter haec, quae ex Digeſtis ſumuntur, vide lib. 9. Cod. Iuſtin. et lib. 9. Cod. Theod. et lib. 4. tit. vlt. Inſtit. et Paul. lib. 5. ſenten. tit. 26. et conſt. vn. tit. 10. lib. 9. Cod. Theod. Victum ciuiliter agere poſſe criminaliter: quae eſt conſt. vn. tit. 31. lib. 9. Cod. Iuſtin. Quando ciuilis actio et c. Adde Leon. lib. 60. Baſil. tit. 18.

v. 13. Lege Iulia de vi) Adde cap. 87. et 82. ex Vlpiano lib. nono de officio Procon. tit. ad legem Iuliam de vi publica, et priuata, in fragm. Pith. tit. 9. de familiari teſtimonio.

v. 54. vide 40. 9. 15.

v. 57. Iunia Patronia) erratum eſt in Pand. Floren. nam ſcribendum eſt Iunia Petronia, vt 40. 1. 24. 23. De qua lege praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, nihil amplius accepimus.

p. 355. v. 4. Iunia Velleia) Iunia bis in Digeſtis appellatur 26. 2. 10. 2. et 28. 5. 23. ſic etiam ſcribendum eſt apud Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de exhered. liber. licet Theophilus editus habeat ΤΩι ΙΟΥΛΙΩι ΒΕΛΛΕΙΩι ΝΟΜΩι. et in fragmen. Tilianis Vlpiani tit. 22. qui heredes inſtitui poſſunt, Iulia lex appellatur pro Iunia. Velleiam autem malo, quam Velleam, quod in Pand. Floren. ſemper eſt: quia ſic dicebatur gens Velleia, et Velleius Paterculus, et S. C. Velleianum, quod M. Iunio Silano, et Velleio Tutore Cos. factum eſt, vt ait Vlpian. 16. 1. 2. Eiſdem Conſulib. videtur haec lex fuiſſe lata, et ab eis Iuniam et Velleiam dictam. Verba legis aliquot refert Scaeuola 28. 2. 29. 7. et 2. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, adde conſt. Alexandri 1. de liberis praeteritis, et Iuſtiniani 34. Si quis filium. de inoffi. teſtam. et Vlp. d. tit. 22.

v. 2.* Iunia] Vellea confirmatum) ſic editum eſt Florentiae ab his, qui putant non recte Iuniam dici hanc legem. Ego, Iunia Velleia confirmatam, ſcribendum cenſeo.

v. 16. Papia Poppaea) An. vrbis 761. Conſules ordinarii fuerunt C. Poppaeus Q. F. Q. N. Sabinus, Q. Sulpicius Q. F. Q. N. Camerinus. Conſules ſuffecti ex Kalen. Iuliis M. Papius M. F. M. N. Mutilus, Q. Poppaeus Q. F. Q. N. Secundus. Sic eſt in faſtis Capitolinis M. Verrii Flacci. Ab his ſuffectis haec lex nomen accepit. Non recte apud Iſidorum lex Papia Pompeia dicitur a Conſulib. ſuffectis Papio Pompeio, lib. 5. c. 15. etymol. et apud Grat. diſt. 1. c. 7. Quaedam. Sic etiam apud Tacitum lib. 3. ſcribendum, et apud Dionem lib. 56. et apud Sueton. in Auguſto, et in Claudio. Hac lege, vt etiam Iulia de maritandis ordinib. de praemiis coniugum, et de poenis caelibum, et orborum cautum eſſe, antea dictum eſt. In his de caducis conſcriptum. vt ſi a priuilegiis parentum ceſſaretur, vt Tacitus ait, velut parens omnium populus, vacantia teneret. Vnde Iuuen. ſatyra 9. Iura parentis habes, propter me ſcriberis heres: Legatum omne capis, nec non et dulce caducum: Commoda praeterea iunguntur multa caducis. Si numerum, ſi tres impleuero: iuſta doloris Naeuole cauſſa tui. Et alter poeta Gallus. Iuriſconſulto, cui viuit adultera coniunx, Papia lex placuit. Iulia diſplicuit. De hac etiam Gell. li. 2. c. 15. et Tertullianus in apologetico, et Lactan. lib. 1. aduerſus gentes. Caduca ſuſtulit Iuſtinian. conſt. ſing. de caducis tollendis, in qua legis Papiae a multis principib. emendatae facit mentionem. Quamobrem rara mentio caducorum in Digeſtis eſt, vt 5. 3. 20. 6. 4. et 19. 5. 9. quod etiam refertur alia conſtit. quae ſub tit. de veteri iure enucle. et ante Digeſta Graece, et Latine extat, cuius initium Tanta. Viden. Vlpian. libro ſing. regularum, in fragm. Tilianis tit. 1. de libertis, et tit. 14. de poena legis Iuliae. et tit. 16. de ſolidi capacitate, et tit. 18. qui habeant ius antiquum in caducis, et tit. 19. de dominiis, et tit. 24. de legatis, et tit. 29. de bonis libertorum. His omnib. locis vel Papia, vel Papia Poppaea vocatur. at tit. 28. de poſſeſſionib. dandis, Iulia caducaria. De Papia etiam viden. conſt. 2. de inofficioſis dotib. in Cod. Theod. et conſt. 2. de iure liberor. quae vlt. eſt in Cod. Iuſtin. tit. de infirm. poenis caelib. et 1. de iure liber. qua lex Papia decimarum abrogatur. Adde conſt. 7. de nauicularis in Cod. Theod. et Iuſtinian. Nou. 78. et lib. 3. Inſtit. tit. de ſucceſ. libert.

v. 31. Plautia de vi) Haec etiam Plotia appellatur a Cicerone in orat. Miloniana. Plautia ab Aſconio in eadem, Plotia item a Cicerone lib. 4. epiſt. ad Atticum, et a M. Coelio in epiſt. ad Ciceronem. A quo lata fuerit, ignoramus.

v. 32. Adde Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de vſucapion. et Ciceron. pro A. Caecina.

v. 34. Pompeia de parricidiis) Huius etiam legis auctorem ignoramus. Non fuiſſe CN. Pompeium Magnum exiſtimamus, quia poena parricidarum antiquior eſt ipſo Pompeio. Viden. Cicero in Roſciana parricidii, et lib. 2. de inuentione. Cornificius ad Heren. lib. 1. Florus lib. 68. Eutrop. li. 5. Plutar. in Romulo. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, adde Iuſtin. lib. 4. tit. vlt. Inſtit. et li. 9. Cod. Iuſtin. et Iulium Paulum lib. 5. ſenten. tit. 24. et Leon. lib. 60. Baſil. tit. 40.

v.43. Publicia) Huius legis nullam alibi mentionem inuenimus.

v.46. Regia) Regiae leges dictae ſunt, quae a Regib. latae ſunt, quas Papirius ſiue Papiſius collegit. 1.2.2, et 1.2.2.18. de his loquitur Marcell. 14.8.2. et Papinian. in fragmen. Pith. tit. 4. de adulterio.

Regia quoq. lex dicta eſt, qua ſingulis Pincipib. regia poteſtas dabatur, de qua Vlpian. 1.4.1. et Iuſtin. lib. 1. Inſtitut. tit. de iure natur. et in conſt. 1. de veteri iure enucl. quae etiam conſt. ante Digeſta poſita eſt. Exſtat eius legis Regiae fragmentum, qua Veſpaſiano poteſtas tributa eſt, in aede Ioannis Lateranenſi Romae, cuius initium. Foedusue.

v.51. Remmia) Huius legis mentionem inueni in veteri libro apud Ciceronem in oratione pro Sex. Roſcio.

p.356. v.3. Rodia de iactu) Haec lex Rhodiorum nautica eſt, non populi Romani, ſed Auguſtus eam obtinere voluit, vt omnib. vtilem. 14. 2. 9. De ea praeter haec, quae ex Digeſtis ſumpſimus, adde Paul. lib. 2. ſenten. tit. ad legem Rodiam, et Iſidor. lib. 5. etymol. c. 17. apud Grat. diſt. 2. c. vlt. In Graecorum libris nugas reperi pro huius legis verbis.

v.10. Scribonia) De hac lege nihil amplius accepimus. Scribonia tamen rogatione Lucii Libonis TR. PL. Ser. Sulpicius Galba reus fuit, quod Luſitanos aduerſus foedus ſeruituti addixiſſet. Florus lib. 49. Eutrop. li. 4. Cicero in Bruto, et li. 1. de oratore.

v.14. Lege Titia, Publicia, et Cornelia) fortaſſe a trib. Tribunis Titio, Publicio, et Cornelio lata. Legis Titiae pro Cincia mentio fit apud Tacit. lib. 11. et apud Auſon. Scantiniam metuens, non meminit Titiam. Alterius Titiae mentio fit a Cicerone lib. 2. de legib.

v.16. Vicenſima hereditatium) Haec ab Auguſto lata eſt M. Aemilio Lepido L. Arruntio Coſ. vt Dion lib. 55. ſcribit. hoc eſt an. 758. vrbis, Chriſti vero nati an. 7. De hac lege multa Plinius in laudib. Traiani. Adde Paulum lib. 4. ſenten. tit. de viceſima, et Iuſtin. conſt. vlt. de edicto Diui Hadr.

v.25. Apronianum) ſub Hadriano Aug. Q. Arrio Paetino C. Ventidio Aproniano Coſ. anno vrbis 873. vt ſuſpicor. Viden. Vlp. 38. 5. 1. et Paul. 30. 122. Vlp. in fragm. Tilianis tit. 22. qui heredes inſtitui poſſunt, et tit. 24. de legatis, et conſt. Leonis 22. de hered. inſtit. lib. 6. Cod. Iuſtin.

v.27. Articuleianum) fortaſſe a Sex. Articuleio Paeto, qui Traiani Imp. in quarto Conſulatu collega fuit, an. vrbis 853. dictum eſt. Arctulianum dicitur a Leone in Baſil. li. 48. tit. 5. c. 30.

v.30. Claudianum) Tria hoc loco S. C. ponuntur, vnum cum Liboniano, alterum cum Silaniano coniungitur, de quib. poſtea dicemus: tertium eſt de adſignandis libertis. Quartum ſuſtulit Iuſtinianus de ea, quae cum ſeruo ſuo coierit, qua de re vide ſupra in Claudii conſtitutionib.

v.37. Claudianis temporibus) Adde Velleio Rufo, et Oſtorio Scapula Conſulib. ſuffectis, de quib. alibi diximus. Viden. Iuſtin. et Theophil. lib. 3. Inſtit. tit. de adſignat. libertor.

v.39 Daſumianum) De huius nominis origine nihil certi habeo: ſed ſuſpicor ab aliquo ſuffecto Conſule ita appellatum. fuit autem poſt Rubrianum, ante Articuleianum S. C. Viden. Leo lib. 48. tit. 4. c. 33. et c. 30. Baſil.

p.357. v.2. Iuncianum) Aemilio Iunco, et Iulio Seuero Coſ. vt expreſſum eſt 40. 5. 28. 3. In Baſilicis tamen Leonis lib. 48. tit. 4. c. 27. pro Aemilio Mamilius eſt. Fuerunt autem Conſules ſuffecti, ni fallor.

v.4. Libonianum) Hoc S. C. cuius incerta nobis ſunt tempora, coniungitur cum lege Cornelia de falſis lib. 48. tit. 10. Digeſt. et de eo agitur ſub titulo de his, qui ſibi adſcribunt, lib. 9. Cod. Iuſtin. Adde Paul. lib. 5. ſenten. tit. 25. ad legem Cornel. teſtamentariam, et Sueton. in Nerone. et Leon. lib. 60. Baſil. tit. 41.

v.10. Macedonianum) Veſpaſiani tempore hoc S. C. inductum eſt, vt Suetonius ait. Nomen a feneratore Macedone accepit, vt ex verbis eiuſd. S. C. conſtat, quae refert Vlpian. 14. 6. 1. Theophilus non recte lib. 4. Inſtit. tit. quod cum eo, a Macedone filio fam. ducit.

Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib. 4. Cod. Iuſtin. et lib. 4. Inſt. tit. quod cum eo, viden. Paulus lib. 2. ſenten. tit. 10.

v.17. Orfitianum) Ab Orfito, et Rufo Coſ. M. Aurelio Antonino Philoſopho Imp. ex Iuſtiniano, et Theoph. lib. 3. tit. 4. Inſtitut. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib. 6. Cod. Iuſtin. adde Paul. lib. 4. tit. 10. ſenten. et tit. 14. ad legem Fuſiam Caniniam. et Iuſtin. conſt. 2. de vetere iure enucl. quae Graece, et Latine poſita eſt initio Digeſtorum.

v.44. Piſonianum) Sunt, qui putent a L. Calpurnio Piſone collega Neronis Auguſti in ſecundo Conſulatu ita appellatum. Fuerunt hi Conſules anno vrbis 809.

v.45. Plancianum) A Planco aliquo ita dicitur, non Plautianum a Plautio. Hoc S. C. agebatur de liberis adgnoſcendis.

p.358. v.1. Rubrianum) Hoc S. C. temporib. Traiani Rubrio Gallo, et Caelio Hiſpone Conſulib. ſuffectis editum eſt, vt refert Vlpian. 40. 5. 26. 7. a Graecis non recte Pubrianum dicitur, ſed horum Conſulum nomina ſunt in Baſil. lib. 48. tit. 4. c. 25. in quib. pro Hiſpone eſt Viemone non recte.

v.11. Silanianum) Ab aliquo Iunio Silano Conſule ſuffecto hoc S. C. appellari potuit. Eius fieri mentio videtur a Tacito lib. 13. et 14. Nerone Auguſto iterum, et L. Piſone Coſ. an. vrbis 809. Neronianum dictum exiſtimo a Paulo lib. 3. ſenten. tit. 5. de S. C. Silaniano, niſi id eſt, quod alii Claudianum appellant. Neroniano quoq. legata confirmantur, vt refert Vlpian. in fragm. Tilianis tit. 24. de legatis. Vide lib. 6. Cod. Iuſtin. tit. de his, quib. vt indignis conſtit. 11. et 12.

v.16. Tertullianum) Ab Hadriano Aug. Tertullo fortaſſe Conſule inductum eſt, ex Iuſtiniani verbis lib. 3. Inſtit. tit. de S. C. Tertulliano. Non recte Tertyllianum eſt in Pand. Floren. eſt enim Latina vox, vt alibi diximus. Praeter ea, quae in Digeſtis, et lib. 6. Cod. Iuſtin. ſunt, adde Vlpian. in fragm. Tilianis tit. 26. de legitimis heredib. et Paul. lib. 4. ſenten. tit. 9. ad S. C. Tertullian. et Iuſtin. conſt. 2. de veteri iure enucl. quae Graece, et Latine poſita

eſt ante

eſt ante Pandectas, et Papian. li. ſing. Reſpon. tit. 12.

v. 45. Ibid. 10. quod et in magiſtratibus etc.) Haec ad Tertullianum Iuriſcon. pertinent.

v. 48. Trebellianum) v 11. Kal. Septemb. L. Annaeo Seneca, et Trebellio Maximo Coſ. ſuffectis ſub Nerone factum eſt, vt refert Vlpian. 36. 1. 1. et Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de fideicom. heredit. Multa autem ſunt in Digeſtis ex Pegaſiano S. C. tranſlata. vt de quarta retinenda, et vt cogeretur heres adire, et reſtituere hereditatem, quae Veſpaſiani tempore ſtatuta ſunt Pegaſo, et Puſione Coſ. Itaq. nomen Pegaſiani S. C. in Digeſtis eſt omiſſum, vt in conſt. 2. de veteri iure enucl. quae Graece. et Latine ſcripta eſt initio Digeſtorum, ſtatutum fuit. Vtriuſq. S. C. mentio fit in Inſtitutionibus, et Iuſtiniani Nou. 1. Trebelliani lib. 6. Cod. Iuſtin. Vtriuſq. apud Vlpian. libro ſing. Regular. In fragm. Tilianis tit. 25. de fideicom miſſis, et apud Paul. lib. 4. ſenten. tit. 2. de S. C. Trebelliano, et tit. 3. de S. C. Pegaſiano, et tit. 4. de repudianda hereditate, et tit. 5. de inofficioſi querella.

p. 361. v. 9. Turpillianum) Huius S. C. tempora ignoramus. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et libro 9. Cod. Iuſtin. adde Leon. lib. 60. Baſil. tit. 26. et 66.

v. 40. Velleianum) M. Iunio Silano, Velleio Tutore Coſ. ſuffectis, vt refert Vlpian. 16. 1. 2. ab eiſdem exiſtimo legem Iuniam Velleiam eſſe dictam, et fortaſſe S. C. Silanianum. Praeter ea, quae in Digeſtis, et lib. 4. Cod. Iuſtin. ſunt, adde Paul. lib. 2. ſenten. tit. 11. ad S. C. Velleian.

v. 56. Vitraſianum) Vitraſius Pollio bis Conſul fuit ſub Marco Aurelio Antonino. Huius S. C. mentio fit apud Leon. lib. 48. tit. 4. c. 29. Baſil.

p. 362. v. 1. Voluſianum) Quo tempore hoc S. C. factum ſit, ignoramus. Viden. Leo lib. 60. Baſil. tit. 18. c. 17.

v. 4. Carbonianum Edictum) Ab aliquo fortaſſe Papirio Carbone Praetore, qui primus hoc edixit. Praeter ea, quae in Digeſtis, et lib. 6. Cod. Iuſtin et lib. 4. Cod. Theod. ſunt, adde Paul. lib. 3. ſenten. tit. 1. de Carbon. edicto.

p. 363. v. 30. Saluianum Interdictum) A Saluio Iuliano Edicto perpetuo, vt ſuſpicor, adiectum. Viden. Iuſtin. lib. 4. Inſtit. tit. de interdictis.

v. 58. Frontiana Decreta) Frontoniana credo aptius dici a Frontone aliquo. Vnde Papirius Fronto, et Frontonis platani Iuuenali.

v. 41. Catoniana Regula) Adde lib. 34 tit. 7. De Regula Catoniana. et Maccian 35. 1. 86. 1. etenim nec Catonianae ſententiae locum in propoſito eſſe.

p. 364. v. 26. Aquiliana ſtipulatio) a C. Aquillio Gallo iuriſcon. conſcripta, vt Iuſtin. ait li. 3. Inſtit. tit. quib. modis tollitur obligatio, poſt Florentin. 46. 4 18.

v. 34. Adde Paul. lib. 1. ſenten. tit. 1. de pactis, et conuentionib.

v. 40. Caluiſiana) Apud Vlpian. in fragment. Tilianis tit. 16. de ſolidi capacitate S. C. Caluitiani mentio fit. quod mendoſum arbitror.

v. 42. Fauiana) ſic eſt in Pand. Floren. pro Fabiana, vel FaViana, de qua mox dicemus.

p. 365. v. 1. Fabiana) ſic ſemper ſcribi debuit, non Fauiana, vel FaBiana. ſic etiam erratum eſt in lege Fabia de plagio, quam Fauiam appellant. Legem Fabianam, et Fabianam formulam Paulus vocat lib. 3. ſenten. tit. 3. de lege Fabiana. Erant olim certae actionum formulae, quas praeterire fuerat religio: eas Iuſtinianus abrogauit. Adiudicatione dominia nanciſcimur per formulam Familiae erciſcundae, et per formulam Communi diuidundo, et per formulam Finium regundorum, ait Vlpian. in fragm. Tilianis tit. 19. de dominiis.

v. 49. Publiciana) A Publicio Praetore, qui primus eam in edicto propoſuit, vt Iuſtin. ait li. 4. Inſt. tit. de actionib. Sic exiſtimamus Paulianam a Paullo, Fabianam a Fabio, Caluiſianam a Caluiſio, Seruianam a Seruio dictas.

p. 366. v. 53. Seruiana) A Seruio Sulpicio Iuriſcon. vt arbitror, ſic Aquiliana ſtipulatio a C. Aquillio Gallo De hac actione viden. Iuſtin. lib. 4. Inſtit. tit. de actionib.

p. 367. v. 25. Triticaria) lib. 13. tit. 3. De condictione Triticiaria. ſic eſt in Pand. Floren. et mox cap. 1. Triticaria, quod malo a tritico. vt enim qui certam pecuniam petit, vtitur illa actione Si certum petetur: ſic qui triticum, aliaſue ſpecies petit, Triticaria agit.

v. 34. Homerus) Hoc nemo antiquior ſcriptor apud Graecos inuenitur. cum poëtam dicimus, hic ſignificatur apud eoſdem, apud nos Vergilius, vt ait Iuſtin. lib. 1. Inſtit. tit. de iure naturali. patrem omnis virtutis, appellat Idem Imp. in conſt. incip. Omnem. quae ante Digeſta poſita eſt.

v. 35. Homeri carmina refert etiam Iuſtin. et Theophil. lib. 1. Inſtit. tit. de emptione, et vendit. ſumuntur ex Odyſſ. Α. et Iliad. Ζ et Η. Seruius quoq. Georg. 3. refert Caluum Homerico exemplo confirmaſſe omne mercimonium in permutatione conſtitiſſe.

v. 42. Sumuntur haec ex Odyſ. Ν.

v. 44. Citatur locus ex Odyſ. Ψ.

v. 45. Haec ſunt ex Iliad. Ζ. Adde Leon lib. 45. Baſil. tit. 56. 4.

v. 47. Ex Iliad. Ζ. Leo d. c. 4.

v. 49. Ex Odyſ. Ρ. Adde Iuſtin. et Theoph. lib. 2. Inſtit. tit. de donationib.

v. 51. Ex Iliad. Ψ. Adde Leon. lib. 60. Baſil. tit. 51. c. 16.

p. 368. v. 1. Ex Odyſ. Δ.

v. 6. Ex Iliad. Ι. Adde Verg. Aen. 9.

v. 7. Draco) Hic et Solon Athenis legiſlatores optimi fuerunt, mentio eorum eſt apud Iuſtin. et Theophil. lib. 1. Inſt. tit. de iure naturali. ſed male Theoph. Draconem Lacedaemoniorum legiſlatorem vocat.

v. 14. Adde Leon. lib. 60. Baſil. tit. 32.

v. 16. Hippocrates) Hic medicorum princeps fuit, Platone antiquior: quamobrem ei hunc praetulimus.

v. 17. Septimo menſe) Viden. Hippocr. in libro de ſeptimeſtri partu. Ratio Pythagoraei numeri id videtur admittere, ait Paulus lib 4. ſenten. tit. 5. ad S. C. Tertullian. De his numeris viden. Macrob. in ſomnium Scipionis. Septimo menſe parere mulierem poſſe praeter Hippocratem affirmant Theano Pythagorica, Ariſtoteles Peripateticus, Diocles, Euenus, Straton, Empedocles, Epigenes, et alii: negat ſolus Euriphon Gnidius, vt refert Cenſorin. in libro de die natali. Adde Ariſtot. li. 7. c. 4. de natura animal. Plin. lib. 7. c. 5. natur. hiſt. Gell. lib. 3. c. 16. noct.

v. 20. Vidend. Clemens Alexand. lib. 6. Stromat. Gell. lib. 3. c. 10. Leo lib. 45. tit. 1. c. 16. Baſil.

v. 27. Ariſtoteles) Eſt hic locus lib. 7. c. 4. de natura animalium. refertur a Gell. li. 10. c. 2. ſed neuter de quinq. receptaculis loquitur. Adde Plin. lib. 7. c. 3. natur. hiſt.

v. 30. Chryſippus) Huius libri non extant. Iuriſconſulti multi Stoicis addicti fuerunt: quorum principes Zenon, et Chryſippus fuerunt. Viden. Laërtius.

v. 35. Theophraſtus) Hic Ariſtotelis diſcipulus fuit, libroſq. de legib. conſcripſit, ex quib. quaedam Ioan. Stobaeus refert. Verba in Digeſtis relata ex illis fortaſſe libris ſunt.

v. 41. Demoſthenes) Marcianus refert Demoſthenis verba ex oratione in Ariſtogiton. priore, quae Papinian. 1. 3. 1. Latina fecit. Claudius ex oratione in Midiam: de quib. viden. Leo lib. 60. Baſil. tit. 51. c. 16.

p. 369. v. 2. ΞΕΝΟΦῶΝ) Scriptoris Pandectarum erratum eſt. debuit enim Latinis ſcribere Xenophon. ſic alibi in Erotis nomine peccat, ſed ſaepius in Indice Iuriſconſultorum multa Latinis ſcripſit, quae Graece erant ſcribenda, et multa Graecis litteris ſcribit, Latinis ſcribenda. Locus Xenophontis refertur etiam a Iuſtin. et a Theoph. lib. 4. Inſtit. tit. vlt. ex libro quinto Xenophontis de Cyro minore. Fuit is quidem Platonis condiſcipulus, Ariſtotele, et Demoſthene antiquior.

v. 4. Panaetius ſiue Panſa) In Pand. Floren. Panſae nomen eſt, ſed recte opinantur alii Panaetii nomen ſcribendum, vt alibi dictum eſt, cum de Q. Aelio Tuberone ageremus.

v. 9. Ennius) Notiſſimus eſt Q. Ennius, quem olim, vt optimum epicum poëtam laudabant: Auguſti vero aetate P. Vergilius Maro princeps habitus eſt. Carmen Ennii de Sex. Aelio laudatur a Cicerone. Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus.

v. 13. Iuriſconſultorum diſertiſſimum) Pomponius videtur haec ad L. Craſſum Mucianum referre: ſed Cicero ad Q. Mucium Scaeuolam rettulit.

v. 14. Seruius, cum in cauſis orandis primum locum etc.) immo verius nullum locum, ſi id tempus, de quo Pomponius loquitur, reſpiciamus: hoc eſt, dum Q. Mucius viueret: poſtea non malus orator habitus eſt.

v. 19. Latitare eſt etc. turpis occultatio ſui) Haec verba hodie Ciceronis non ſunt in his ſcriptis, quae extant. De re ipſa ſcripſit in oratione pro P. Quinctio.

v. 21. mulier detexit) Viden. Salluſt. in Catilin.

v. 23. pro Cluentio Auito) In Tullianis libris Habito eſt, non Auito. Id confirmatur faſtis Capitolinis, vt poſtea dicemus.

v. 25. Litus eſt) Viden. Cicero in Topicis, qui haec videtur de Aquillio Gallo dicere.

v. 27. Iunius Gracchanus) De hoc Plinius lib. 33. cap. 2. Iunius, qui ab amicitia C. Gracchi Gracchanus appellatus eſt. Viden. Varro lib. 5. de lingua Latina, et Cenſorin. de die natali.

v. 33. Faeneſtella) Ex hoc multa C. Plinius lib. 8. c. 7. et 48. natur. hiſtor. et lib. 9. c. 17. et c. 35. et lib. 15. c. 1. et li. 33. c. 1. et c. 11. et li. 35. c. 11. et Pedian. in toga candida, et in Piſonem, et Seneca li. 19. epiſt. 108. et Lactan. lib. 1. c. 6. inſtitution. et de ira Dei c. 11. et alii.

v. 37. P. Vergilius Maro) Cum poëtam dicimus, Vergilium ſignificamus, Iuſtin. lib. 1. Inſtit. tit. de iure natur.

v. 38. Cenotaphium) Haec vox Maronis non eſt, falſumq. eſt eum religioſum vocare cenotaphium illis verſib. Aen. 3. Sollemnes tum forte dapes, et triſtia dona, Libabat cineri Andromache, maneſq.

vocabat Hectoreum ad tumulum: viridi quem ceſpite inanem, Et geminas, cauſam lacrymis, ſacrauerat aras. Aliud autem eſt aras ſacrare, aliud religioſum locum fieri. Recte igitur Marcus, et Lucius fratres religioſum non eſſe reſcripſerunt, vt Vlpianus ait. 1. 8. 7. Latius Vergilii locus in Baſil. explanatur, quam in Latinis Digeſtis, lib. 46. tit. 3. c. 6. Baſil. ὅς ὑποτίθεται τὴν Ἀνδρομάχην κενοτάφιον τῷ Ἕκτωρι καταςκευάςαν μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι αὐτὸν καὶ ταφῆναι ἐν Τροίῃ.

v. 43. Nomina Deorum) Veri Dei nomen, hoc eſt domini noſtri Ieſu Chriſti, Iuſtinianus poſuit in conſtit. cuius initium eſt Tanta, quae Graece, et Latine poſita eſt ante Pandectas, et lib. 1. Cod. Iuſtin. tit. de veteri iure enucleando. Falſorum deorum nomina multa poſuit Vlpian. lib. ſing. Regular. in fragm. Tilianis tit. 22. qui heredes inſtitui poſſunt. Deos, inquit, heredes inſtituere non poſſumus. excipit hos: Iouem Tarpeium, Apollinem Didymaeum, Martem in Gallia, Mineruam Milieſem, Herculem Gaditanum, Dianam Epheſiam, Matrem Deorum Cybelem, quae Smyrnae colitur, et Caeleſtum Salinenſem Carthaginis. Sed et in Digeſtis Floren. Herculis clypei mentionem inuenies in epigrammate Graeco; clypei vero illius nomine Heſiodus librum ſcripſit. Ἡρακλῆι πανάιολον ἀσπίδα τεύξας.

v. 45. Homeri carmen eſt Iliad. Z. refert Theophilus lib. 3. Inſtit. tit. de emptione, et vendit.

p. 370. v. 7. Cronides) Saturnius dicitur Iuppiter a Vergilio. Nec Saturnius haec oculis pater aſpicit aequis. Aen. 4. ſed lib. 5. de Neptuno, Tum Saturnius haec domitor maris edidit alti. Qui duo verſus totidem ſyllabas, totidem voces, totidemq. accentus habent, vt germanos fratres dicas.

v. 11. apud Homerum Iliados Z.

v. 14. cum et Vlixem etc.) Ex Odyſ. Ψ.

v. 17. Diomedes) Iuſtin. in conſtit. incip. Omnem. poſita ante Digeſta. qualem permutationem Glaucus, et Diomedes inter ſe faciunt. Adde Theophil. lib. 3. Inſtit. tit. de emptione, et vendit.

v. 19. ἄμειβεν) ἄμειδεν eſt in Pand. Floren. et τυδείδαυν non recte. Viden. Homer. Iliad. Z.

v. 22. apud Homerum) Odyſ. P. Adde Iuſtin. et Theoph. lib. 2. Inſtit. tit. de donation.

v. 25. Homerus Iliad. Z. Theoph. lib. 3. Inſtit. tit. de emptione, et vend. Iuſtin. in dicta conſt. Omnem.

v. 30 Piraeus) Vide Telemachus.

v. 35. Μενυτιος) Sic eſt in Pand. Floren. ſed apud Homerum Iliad. Ψ. Μενοίτιος. Viden. Leo lib. 60. Baſil. tit. 51. c. 16.

v. 39. Ex eadem Homeri Rhapſodia.

p. 371. Atridae) Locus Homeri eſt Iliad. I. quem Ver

gilius imitatur Aen. 9. Menelaum, et Agamemnonem haec vox ſignificat, Atrei filios.

v. 6. Tydides) Diomedem ſignificat Tydei filium. ſic etiam apud Verg. O Danaum fortiſsime gentis Tydide.

v. 10. Helena) Vide Hectoe.

v. 13. Penelope) Vide Vlixes.

v. 20. Philippus) Rex Macedoniae, Alexandri Magni pater, cuius oummi aurei nobiles ſunt, quorum mentionem facie ſaepe Plautus, et Horatius.

v. 23. Pyrrhus) Hic Epiri Rex cum Romanis bellum geſsit.

v. 31. Aquilius) Non hic Aquillius Galius Seruii magiſtee fuit, ſed eo multo antiquior, qui Tribunus plebis legem Aquiliam tulit, vt in ea lege diximus. Theophilus ante legem Hortenſiam latam putat, quod oobis incertum eſt. Viden. Leo lib. 60. Baſil. tit. 3. c. 1.

v. 34. M. Atilius Regulus) Hic bis Conſul, et triumphalis fuit, a Poenis, quos ſaepius viceerat, captus, et Romam miſſus ſuaſit, vt captiui non redimerentur. Carthaginem reuerſus occiſus eſt.

v. 38. Aurelius Cotta) Hunc nos ignoramus. ſed cum ſeptem conſulares Cottae fuerint, vnus triumphalis, huic qui triumphum duxit, Ducis nomen recte addi ab Arrio putemus. Is fuit C. Aurelius L. F. C. N, Cotta, qui bis Conſul fuit cum P. Seruilio Gemino, anno vrbis D I. et D V. Triumphauit in priore Conſulatu de Poenis, et Sieulis Idib. Aprilis, teſte Verrio Flacco. Ducis quoq. nomen addi potuiſſet C. Cottae M. F. qui cum L. Octauio Cos. fuit an. 678. cui triumphus erat decretus, ſed cicatrice reſciſſa prius mortuus eſt.

v. 41. Barbarius Philippus) Apud Suidam Barbius Philippicus dicitur, et M. Antonio Triumuiro familiari hoc eueniſſe refertur. quamuis non aperte ab eo Praetor dicitur, ſed iudex, vel magiſtratus.

p. 372. v. 1. A. Cluentius Auitus) De hoc videnda Ciceronis oratio. Habitus autem vulgo appellatur. id cognomen vbique mutant quidam, quaſi ineptum. contra quos Verrii Flacci auctoritas opponenda eſt, qui edidit Conſules ex Kalen. Iul. L. Apronium, et A. Vibium C. F. C. N. Habitum Augusti Trib. Poteſt. xxx.

v. 4. Cornelius Lentulus) Hunc ſuſpicor ſub Auguſto fuiſſe, et Conſules Sullam, et Trionem ſuffectos. Sed res incerta eſt.

v. 7. L. Cornelius Sulla Felix) De hoc dictum eſt in Corneliis legib.

v. 17. R litteram inuenit) Dictum eſt in Appio Claudio Caeco, antiquiorem eſſe hanc litteram. ſed cum multis verbis omitteretur, coeptam fuiſſe vſurpari frequentius. Viden. Cicero in epiſt. ad Paetum.

Ibid. pro Valeſii) pro Valeſiis malo.

v. 18. pro Fuſiis Furiis) malo Furii.

v. 20. tregeminos ſenatores cinctos vidimus Horatios) Pugna trigeminorum Albanorum, et Romanorum a Liuio, et aliis prodita eſt, alteros Horatios, alteros Curiatios eſſe appellatos ſcribunt. extantq. denarii C. Curiani Trigemini nomine inſcripti. Horatios ſenatores fuiſſe, nobis incredibile videtur. Cur cinctos Paulus addat, et verbum vidimus; non facile dictu eſt, an quia cincti in bella mittebantur, vnde teſtamenta in procinctu dicta ſunt: vidimus autem pro accepimus eſt, et pro certo ſcriptum legimus.

v. 22. C. Hoſtilius Mancinus) Conſul hic fuit cum M. Aemilio Lepido Porcina anno vrbis 616. Cum foedus iciſſet turpe, Numantinis deditus eſt, qui eum noluerunt deditum accipere.

v. 25. M. Iunius Brutus) Hunc ſuſpicamur eſſe C. Caeſaris percuſſorem, quem alio nomine Q. Seruilium Q. F. Caepionem Brutum ob auunculi adoptionem appellatum in nummis ſcimus. Mouet nos, quod Antiſtius Labeo Antiſtii Labeonis pater Bruti partes ſit ſecutus, vt Appianus ait libro quarto extremo bellor. ciuilium. Huius Bruti mater Seruilia ſoror M. Catonis fuit. Ipſe Brutus Ciceronis familiaris, et ſcriptor lucuientus philoſophiam Latinis litteris illuſtrauit.

v. 29. Q. Ligarius) Ex oratione Ciceronis ſatis hic notus eſt.

v. 37. P. Mucius) Hunc plane ignoramus.

v. 38. Aulus Caſcelius Quintus Mucius Voloſii auditor) Sie eſt in Pand. Floren. non recte. Scribo, Aulus Caſcellius Quinti Mucii Voloſi auditoe. Vide Caſcellium iuriſcon.

v. 42. Pacuuius) Hic Pacuuius Praetor fuiſſe videtur, et ante edictum perpetuum, in ſuo edicto vteodi verbo non commodati vſum. M. Pacuuius poëta tragicus fuit propioquus CN. Pompeii Magni.

v. 45. CN. Pompeius Magnus) De hoc praeſtat nihil, quam pauca dicere.

p. 373. v. 1. Ponticis) Quia Magnus de Mithradate Rege Ponti triumphum egit.

v. 3. Publilius Caecus) In Baſilicis lib. 8. tit. 1. cap. 11. haec verba leguntur. ΠΟΥ ΒΑΙΚΌΝΤΙΝΑ ΤΥΦΛῸΝ ἈCΠΕΡΝΆΤΟΥ ΝΌΝΝΟΥ ΠΑΤΈΡΑ ΒΟΥΛΗΘΈΝΤΑ CΥΝΗΓΟΡῆCΑΙ, ὙΠῸ ΒΡΟΎΤΟΥ ΠΕΡΙΦΡΟΝΗΘῆΝΑΙ ΤΟCΟῦΤΟΝ, ὥCΤΕ ἈΥΤῸΝ ΤῸΝ ΒΡΟῦΤΟΝ ΤΡΈΨΑΝΤΑ ΤῊΝ ΚΑΘΈΔΡΑΝ ΚΑΘῆCΘΑΙ. Lucii Aſprenatis mentio eſt apud Tacit. lib. 1. et 3. et C. Nonii Aſpreoatis Torquati apud Sueton. in Auguſto.

v. 7. Rutilius) Hunc ſuſpicor fuiſſe P. Rutilium Rufum iuriſcon. quem Pomponius ait 1. 2. ¢. 10. Romae Conſulem, et Aſiae Proconſule fuiſſe. ſed quia hoc loco tamquam Praetor aliquis appellatur, eum vt incertum poſui. Ante hunc ſcribi debuit Remus Romuli Regis frater, de quo 1. 8. 11. vt in Romulo diximus. Mirum autem eſt Latinis Remum, Graecis ῬΩΜΟΝ dici; a quo Roma vrbs aptius dici videretur, quam a Romulo. Viden. Feſtus in voce Roma, et in voce Remurinus.

v. 10. C. Sempronius T I. F. Gracchus) Hic ille eſt diſertiſsimus vir Tiberii Gracchi frater, quem Cicero valde laudat. Ambo fratres vt ſeditioſi Tribuni plebis occiſi ſunt.

v. 13. In LicinniaGracchi vxore) Licinia ſcribendum. erat enim. P Licinii Craſsi Muciani Pont. Max. filia. Is Mucianus P. Mucii filius fuit. Viden. Plutarchus in Gracchis.

v. 17. L. Sergius Catilina) malo Catilina ex Vergilii carmine Aen. 8. Et te Catilina minaci pendentem ſcopulo.

v. 19. * Iulia] mulier) ſic etiam eſt in Baſil. licet Fulniam Salluſtius vocet.

v. 20. Valeſii Valerii) Vide Fuſii Furii. Adde Varron. lib. 6. de lingua Latina, ex ſaliari carmine. Coſull, doloſi, eſo, Cuſiatii, muſes, tuſe, melios, foedeſum, pluſima, aſena, ianitos, Caſmena. In his omnib. S pro R poſitum eſt.

v. 23. Verginius) De hoc vide Dionyſium. et Liuium.

v. 32. Vitellii) Viden. Sueton. in Vitellio, et Liuius, et Dionyſ.

v. 40, Licinia C. Gracchi) Non recte in Pand. Floren, Licinnia. Licinia enim gens nobilis dicitur, cuius multae familiae fuerunt. Nomen a Licino deduci exiſtimo. eamq. ſyllabam, vt etiam primam breuem eſſe, oſtendit Horatius lib. 2. Carminum. Rectius viues Licini neque altum ſemper vrguendo. Et alius vetus poëta. Marmoreo in tumulo Licinus iacet, at Cato nullo. Haec P. Licinii Craſsi filia fuit, vt ſupra dictum eſt. Non recte in Baſil. lib. 28. tit. 8. c. 63. ipſe Gracchus Licinius vocatur, cum potius C. Sempronius Gracchus diceretur.

v. 45. Iulia) Fuluia Salluſtio, Iulia Leoni in Baſil. lib. 60. tit. 36. c. 9.

p. 374. v. 1. Demaratus) In faſtis Capitolinis L. Tarquinius Damarati F. Priſcus appellatur. Saepe autem A pro H et a Graecis, et a Latinis vſurpatur. Sic etiam Damaſus, et Damaſippus dicti ſunt. Non recte autem a Pomponio Superbus Demarati filius dicitur, cum fuerit vel nepos, ſi credimus Liuio, vel pronepos, ſi Dionyſium ſequamur. Viden. Cicero lib. 5. Tuſcul. et Plin. lib. 35. c. 3. et 12. Hic primus litteras Etruſcos docuit, vt ait Tacit. lib. 11.

v. 5. Hermodorus) Huius ſtatua in comitio publice dicata eſt, vt refert Plin. lib. 34. c. 5. De hoc Heraclitus in epiſtula, cuius Cicero Tuſcul. 5. facit mentionem. Morte multandos Epheſios, quod Hermodorum, vt optimum virum, quem excellere nolebant, exſulem fecerint.

v. 7. auctorem fuiſſe) interpretem Plinius legum Graecarum.

v. 10. Menander) Huius tempora ignoramus. Sed quia Pomponius in libris ad Q. Mucium eius fecit mentionem poſt Atilium Regulum, credimus de eo quoque Mucium fuiſſe locutum.

v. 15. Andronicus) Liuius Andronicus, qui primus fabulam docuit, omnib. notiſsimus eſt. De eodem locutum eſſe Mucium, mihi non placet. alioquin in poëtis ſcriptorib. ante Q. Ennium eſſet collocandus. Viden. Leo lib. 48. Baſil. tit. 9. c. 19.

v. 19. Spartacus) Dux hic belli ſeruilis, quod a M. Licinio Craſſo extinctum eſt.

v. 21. Vindex) Ab hoc vindicta manumiſsi dicuntur, qui lictoris virga admota apud Praetorem manumittuntur, quod ita hic primus fuerit manumiſſus.

v. 28. Mileſia) Nomen hoc a Mileto deducitur, Ioniae caput Miletus Plinio eſt, multarum coloniarum Metropolis.

v. 38. Aufidius) Ser. Sulpicii diſcipuli Aufidius Tucca, et Aufidius Namuſa fuerunt. Hic ſit ne eorum alter, an alius, ignoro. Sed quia a Labeone nominatur, ideo hoc loco recte collocatus eſt. Apud Horat. lib. 1. Sermon. Aufidii Luſci mentio eſt, et lib. 2. Aufidii.

v. 40. C. Cilinius Maecenas) Hic ille eſt eques Rom. valde familiaris Auguſti. Cilinii nomen apud Tacitum lib. 5. et Macrob. lib. 2. Saturn. inuenies. et mendoſe apud Liuium. lib. 10. Licinii pro Ciliniis Arretini quidam vocantur, vnde originem Maecenas duxit, atauis editus Regib. vt Horatius ait. Cilinii a Cilino dicti ſunt, de quo Silius Italic. lib. 7. Terentia autem Maecenatis vxor fuit, prius Ciceronis, vt quidam aiunt; de qua Plinius lib. 7. et Sueton. in Auguſto.

p. 375. v. 1. Decenas) Varia lectio eſt in Floren. Pand. mihi ſuperuacanea.

v. 4. Cnaeus Domitius) Viden. Sueton. in Nerone.

v. 8. Flaccus) Horatius Flaccus libertino patre natus huius propinquus eſſe potuit.

v. 18. Nonius Aſprenas) Vide Publilius caecus, ante Auguſtum P. Nonius M. F. Aſprenas Torquatus ſub Caligula Cos. fuit cum M. Aquillio Iuliano vebis an. 791. Viden. Sueton. in Aug.

v. 26. P. Septimius Damas, P. Septimius Demetrius) Libertorum nomina, aut Graecorum, qui ciuitate donati ſint.

v. 32. Statilius Taurus) In fragmen. Pithoei Vlpian. refert tit. 8. de falſo teſtimonio plura ſenatus conſulta ad legem Corneliam pertinentia. primum eſt Statilio, et Tauro Cos. non ſine mendo. alterum Licinio v. et Tauro Cos. tertium Cotta, et Meſſalla Cos. quartum duob. Geminis Cos. Sub Auguſto quidem T. Statilius Taurus Conſul fuit cum Manio Aemilio Lepido anno vrbis 763.

v. 37. Terentia Maecenatis) Vide C. Cilinius Maecenas.

p. 376. v. 7. Claudianus) Adden. Leo lib. 48. tit. 11. c. 4. Baſil.

v. 11. Diui Trahiani) Hadriani ad Secundum, eſt in Baſil. lib. 60. tit. 54. c. 1.

v. 25. Iulius Fronto) Apud Tacitum lib. 20. Iulius Frontinus Praetor Veſpaſiano Aug. 11. et Tito Aug. F. Cos.

v. 28. Licinius Lucuſta) In gloſſario veteri eſt: Lucuſta ἈΚΡῚϹ, ἈϹΤΑΚῸϹ, ΚΆΡΑΒΟϹ, ΚΑῚ ϹΙΦΩΝ ἘΝΠΡΗϹΜΟΥ͂. Lucuſtae veneficae, quae neci Ti. Claudii Imp. operam dedit, mentio eſt apud Tacit. lib. 12. extremo.

p. 377. v. 4. Carfania) ΚΑΡΦΑΝΊΑ ΤῚϹ ἘΧΟΡΉΓΗϹΕΝ ἈΝΑΙΔΕϹΤΆΤΗ ΓΥΝΉ. Leon lib. 8. tit. 1. c. 1. Baſil. ΓΥΝΉ ΤΙϹ ὈΝΌΜΑΤΙ ΚΑΡΦΑΝΊΑ ἈΤΆΚΤΩϹ ϹΥΝΗΓΟΡΟΥ͂ϹΑ ΚΑῚ ὈΧΛΟΥ͂ϹΑ ΤΟῪϹ ΔΙΚΑϹΤΆϹ. Incert. libror. de

ecm interpres. Non igitur Caia Afrania dicenda eſt, neq. Caſrania, aot Calpurnia, vt quidam potant. Valer. Max. ſcribit lib. 8. cap. 3. Caiam Afraniam Licinii Bructiooís vxorem promptam ad lites, mortuam fuiſſe C. Caeſare 111. M. Seruilio Cos. non ſine mendo. Fuit enim ſecundi conſulatus collega P. Seruilius Iſauricus, tertii M. Aemilius Lepidus. Si de eadem igitur omnia intellegamus, Carſania noſtra ante Auguſtum pooi debuit.

v. 9. Domitia Neronis filia) Paridem hiſtrionem Domitiae amitae Neronis libertum vocat Tacit. lib. 13. et mox. ereptus amitae libertus Paris quaſi iure ciuili, et c. Viden. Soeton. in Nerone.

v. 20. Calenus) Ab oppido Caleno in regiooe prima Italiae apud Plinium, vnde vinum optimum Calenum, idemq. Campanum dicebatur. ΚΆΛΕΝΤΟC mendoſe eſt in Baſil. lib. 48. tit. 9. c. 11.

v. 23. Hiberus) Siue quia Hiſpanus eſſet, ſiue qoia ex Hiberis Aſiae populis. Multi Iberos ſcribunt. Hiberum Conſulem fuiſſe inuenio cum Silano Siſenna ſub Hadriaoo Aug. an. 185.

v. 27. Macedo) Vide S. C. Macedonianum. Largius Macedo vir Praetorius, cuius pater ſeruus fuerat, a ſeruis ſuis eſt occiſus, vt refert C. Plinius lib. 3. epiſt.

v. 32. Paris) Vide Domitia.

v. 36. Parthenius) Adde Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de vulgari ſubſtit.

p. 378. v. 6. Aper) Flauius Aper 38. 2. 22. ſed fortaſſe Alexander, et Aper prouinciales viri ſunt, non ciues Romani.

v. 9. Aquilius Bradua) M. Atilius Bradua ſub Traiano Imp. Conſul fuit cum Trebonio Gallo anoo vrbis 860. Sic etiam alii Braduae Atilii fuerunt. Erratum eſſe in Pand. Floren. ſuſpicor: nam Atilius eſt in titulis veterum monumentorum.

v. 12. Bitraſius Pollio) Sic eſt in Pand. Florent. ſed T. Vitraſius Pollio in titulis monumentorum iterum Conſul dicitur cum M. Flauio Apro 11. quo anno Commodus Imp. eſt occiſus, vrbis 928. Inde Vitraſianum S.C. dicitur, vt antea ſcripſimus.

v. 24. legato Lygdonenſi) malo Lugdunenſi, ſed ſequimur errata voluminis Florentini.

v. 29. Calpurnius Flaccus) Adde Pompon. 40. 5. 34. 1.

v. 42. Domitius Labeo) Errant, qui putant hunc eſſe Labeonem iuriſcoonſultorum principem. is enim Antiſtius dictus eſt, et ante Iuuentium Celſum fuit Auguſti temporib.

v. 46. Flauius Aper) Vide, quae de Bitraſio Pollione dicta ſunt, et de Apro.

p. 379. v. 10. Ignatius Taurinus) Taurinus Proconſul, eſt in Baſil. lib. 60. tit. 39. cap. 4. Egnatius Taurinus Proc. Baeticae, ab Vlpiano dicitur in fragmen. Pith. tit. 1. de ſicariis, vbi latius reſcriptum explicatur. illic etiam Clodii Lupi filii, et Marii Euariſti mentio fit.

v. 13. Inius Diophantus) Vtriuſq. nominis exſtare ſcio exempla. nam P. Inius P.F. Poblilia, titolus quidam incipit, et Diophantus librum de arithmetica Graece ſcripſit. eius nominis Suidas mentionem facit.

v. 27. Ninius Haſta) Q. Ninnius Haſta Conſul fuit cum P. Manilio Vopiſco anno vrbis 866. ſub Traiano ex titulis. Scribe igitur Ninnius.

v. 35. Pompeius Valens) Adde Leon. lib. 60. tit. 50. Baſil.

p. 380. v. 13. Vibius Cerealis) Saepe in Floren. Pand. Vinius pro Vibius eſt, et aliquando Vius. Sed ex nummis, et titulis, et ex faſtis Capitolinis Vibius ſcribendum eſſe didicimus.

v. 36. Plotina Auguſta) Haec Traiani Imp. vxor fuit, et Hadrianum amans adoptionem ei, et imperiom contulit, vt Dion ſcripſit.

v. 37. Fauſtina Auguſta) Hoc nomine mater, et filia fuerunt, illa T. Antonini Pii vxor, haec Marci vxor, Pii filia. Pater illius Faoſtinae Annius Verus fuit auos Marci Imp. Pii adoptiuus pater Hadrianus Auguſtus.

v. 41. Vmbricia) Vmbra dicitur ab Vlpiano in fragm. Pith. tit. 3. de iure, et ſaeuitia dominorum. forte Vmbria ſcribendum.

p. 381. v. 3. Serapias) Adde 5. 4. 3. ex Laelio veteri iuriſconſulto.

v. 8. Agricola) Vide Pompeius Valens.

v. 13. Aelius Marcianus) Adde Ioſtin. et Theoph. lib. 1. Inſtit. tit. de his, qui ſui, vel alieni iuris ſunt. Iuon. Carnoten. parte 16. cap. 76. decreti. Aurelius Marcianus Proconſul Baeticae, dicitur ab Vlpiano in fragm. Pith. tit. 3. de iure, et ſaeuitia dominor. vbi etiam Iulii Sabini facit mentionem, et alterius conſtit. eiuſd. Pii ad libellum Alfii Iolii, Glabrione, et Romulo Cos. De Aelio Marciano iuriſcon. dictum eſt cap. 1.

p. 382. v. 1. Sex. Caecilius Africanus) Hunc eſſe ſuſpicamur iuriſconſultum Saluii Iuliani diſcipulum, de quo dictum eſt capite primo. Id quoniam incertum eſt, hoc loco iterum de eo haec ſcribuntur.

v. 7. Caecilius Pactinus) Petinus eſt in Pand. Floren. ſed oos ſequimur faſtos Capitol. in quib. eſt Fulnius Paetinus, et Atiius Paitus, ſiue Aelius Paetus.

v. 12. Calpurnius) Adden. Leo lib. 48. Baſil. tit. 2. c. 8.

v. 15. Calpurnius Flaccus) ſub Hadriano poſitus eſt ob conſtit. ad eundem 37. 9. 8. Viden. Leo lib. 48. tit. 4. c. 33.

v. 30. Idem 40. 5. 30. 3.) Adden. Leo lib. 48. tit. 4. c. 19.

p. 383. v. 2. Claudius Saturninus) Q. Claudius Venuleius Saturninus iuriſcoo. videndus.

v. 9. Coelius Amaranthus) Amarantus recte eſt in Pand. Floren. eiuſdem nominis purpureus flos dicitur, quod non marceſcat, vnde Amarantina corona in epiſt. Diui Petri, immarceſcibilis appellatur.

v. 12. Lucii Cornelii) Haec Trebatii tempore, qui Labeonis praeceptor fuit, ſub Auguſto collocanda.

v. 30. Domitius Siluanus) Adden. Leo lib. 60. Baſil. tit. 18. c. 6.

p. 384. v. 1. Geminus) Vide Domitius Siluanus.

v. 4. Inſtius Celer) Apud Velleium Paterculum lib. 2. Inſteius Cato vnus ex Italicorum ducib. Marſico in bello dictus eſt.

poſt ver. 12. Deſideratur, IVLIVS SABINVS Vlpian. 1. 6. 1. qui ex familia Iulii Sabini ad ſtatuam confugerunt.) Vide Aelius Marcianus.

v. 23. In Valineis) ſic eſt in Florentino Pandecte. ego, in balinei, ſcribo.

v.16. Iunius Mauricus) Ad hunc, vel alium eiuſdem nominis exſtant C. Plinii epiſt. lib. 1. et 6.

p. 386. v. 1. Sicius Saturninus) Sic eſt in Pand. Floren. ſed malo Seius Saturninus, vt Seius Oceanus Saturnini filius.

v. 18. Thermus Minor) Hoc eſt Minuciorum cognomen ex faſtis Capitolinis, et apud Sueton. Caeſar ſtipendia prima in Aſia fecit, M. Thermi Praetoris contubernio. Hic Thermus Minor ſub Auguſto collocari debuit, quod de eius teſtamento Trebatius, et Labeo egerint.

p. 387. v. 37. Balliſta) Vergilii pueri carmen fuiſſe dicitur: Monte ſub hoc lapidum tegitur Balliſta ſepultus: Nocte, dieq. tuum carpe viator iter.

p. 388. v. 17. Moſchus Theodotus) Moſchus poëtae veteris nomen, qui bucolica poſt Theocritum ſcripſit. Graece ΜΌϹΧΟϹ vitulum ſignificat. Theodotus vero a Theodoro differt, Stoicus philoſophus fuit hoc nomine Ciceroni familiaris.

v. 47. Tithaſus) Mitem ſignificat Graecis.

p. 389. v. 16. Agerius) Nomen fictum eſſe ſuſpicor, vt in formula Aquiliana: ſtipolatus eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius. 46. 4. 18.

v. 34. Apronianus) Dion in Hadriano ait Apronianum patrem ſuum Ciliciae praefuiſſe, cum Traianus mortuus eſt.

v. 38. Arellius Latinus) Arelii Fuſci mentionem facit Vopiſcus in Aureliano.

p. 390. v. 3. Addend. Leo lib. 48. Baſil. tit. 1. c. 10.

p. 391. v. 1. Lucius Cornelius) Haec ſub Auguſto collocari debuerunt. Vide p. 383. v. 11.

v. 13. Lucius Eutychus) Malo Eutyches, quod felicem ſignificat.

v. 19. In agro Farrariorum) Aut dominorum nomen eſt; aut quod illic farris copia eſſet, farraria dicebantur.

p. 391. v. 9. Harruntius Silo) Arruntius Silo, ſcribendum ex titulis veterum monumentorum.

v. 13. Iulius Paulus) Hic fortaſſe pater eſt Iulii Pauli iuriſconſulti.

v. 19. Iulia Domna) Sic dicta eſt Iulia Auguſta Seueri vxor, vt poſtea dicemus.

p. 393. v. 15. Cupitum ſeruum) Adden. Leo lib. 48. Baſil. tit. 4. c. 40.

p. 395. v. 15. Rutilius Lupus) Sic appellatur, qui de figuris ſcripſit, ſed is antiquior videtur, cuius Quinctilianus mentionem fecit.

v. 46. Diui Elnii) ſic eſt in Pand. Floren. ſed ſcribendum eſt, Diui Heluii, vt alibi dictum eſt.

p. 396. v. 31. Aelia Dorcas) Dorcas mulieris nomen fuit, et capream ſignificat, vt in Actis Apoſt. legimus.

p. 397. v. 15. Iulia Domna) Sic in nummis appellatur Iulia Auguſta Seueri Imp. vxor: Iulia Domna Auguſta. Idq. confirmatur Oppiani poëtae carmine. Eadem Iulia Pia Felix Auguſta, in nummis dicitur, Domna autem pro Domina dici coepit, vt Domnus Apoſtolicus, et Iube Domne benedicere. et apud Graecos ΚΥ̂Ρ vel ΚΥ̂ΡΟϹ pro ΚΎΡΙΟϹ.

p. 398. v. 32. Vetinae quoque Italicenſi) Cum Italica in Baetica fuerit, Traiani, et Hadriani patria, ſuſpicor hanc Baetinam vocatam fuiſſe. ſic etiam Baeticae Proconſules, Veticae Proconſules in Pand. Floren. ſcriptos inuenio. vt 1. 6. 1: 47. 14. 1: 48. 8. 4. 1. Haec etiam non inter ciues Romanas, ſed inter prouinciales poni debuit.

v. 41. Callimachus) Clarum veteris poëtae nomen.

p. 399. v. 4. merces * debito] perferendas) ſic Florentiae eſt editum. ſcribi debuit, merces Beryto perferendas.

v. 7. Heros) malo Eros.

v. 9. Daphnis) Paſtoris nomen fictum Theocrito, et Maroni. a lauro deducitur, quae Graecis Daphne eſt Apollini grata. Vnde illud eſt, Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.

v. 17. Epitynchanus) A verbo ἘΠΙΤΥΓΧΆΝΩ deducitur, quod incido, vel conuenio ſignificat.

p. 400. v. 24. Glaucetyche) ſic eſt in Pand. Floren. ſed malo, Glaucae Tyche, ſiue Glaucae, et Tyche.

v. 36. Althales) ἈΕΙΘΑΛΉϹ ἈΕῚ ΘΆΛΛΩΝ, Suidas, quod ſemper vireſcat. ſic appellat Heſychius corollam, ſiue ramum datum in certaminibus, vt ſemper virentis oleae, vel lauri.

v. 40. Aquilinus) Adde Leon. lib. 48. tit. 4. c. 18. Baſil.

p. 401. v. 1. Cratinos) Adden. Leo lib. 48. tit. 3. c. 54.

v. 9. Cupitus) ὈΥΠΙΤΟϹ appellatur in Baſil. lib. 48. tit. 4. c. 40. quod mihi mendoſum videtur.

v. 16. December) Adden. Leo lib. 48. tit. 4. c. 40. Baſil.

v. 22. Epictetus) Hadriani tempore vixit huius nominis philoſophus clarus. ſeruus is etiam fuit, vt refert Gellius lib. 2. c. 18. Eſt etiam regionis in Aſia nomen Straboni.

v. 46. Seuerus villicus, et Victorina villica) ϹΕΒΉΡΟϹ Ὁ ΓΕΩΡΓῸϹ ΚΑῚ ΒΙΚΤΩΡΊΝΑ Ἡ ΚΑῚ ΓΕΩΡΓΊΑ. Leod. c. 40.

p. 402. v. 1. Spendophorus) Malo Spondophorus, ſic enim dicitur fecialis, vt Plutarchus ait in problem. ϹΠΈΝΔΩ tamen Graecis eſt libo, et paciſcor. et ϹΠΕΝΔΟΦΌΡΟϹ eſt etiam in Baſil. lib. 48. tit. 4. c. 40.

v. 9. Heros ſupraſcriptus) Duplici nomine idem ſeruus dictus eſt: nam ſupra eundem Stichum dixerat: aut memoriae peccatum fuit. Eros autem malo, quam Heros; quia ſeruis id nomen ſaepius imponebatur, amoris cauſſa. Heroëm autem ſeruum dicere, ineptum eſt. Intererit multum Dauusne loquatur, an heros. Horat. ait in arte. Sunt, qui ſcribant, Eros ne: alii, herusne.

v. 21. Trophimus) Alumnum ſignificare exiſtimo. Viden. Leo lib. 48. tit. 4. c. 36. Baſil.

v. 22. Baſilice libertae decem dedit) Videtur Scaeuola hanc non Baſilicam, ſed Baſilicen vocaſſe. Sic apud Terentium eſt, Omphale ſeruire, in Eun.

v. 24. Cyprogenia) Veneris cognomen videtur, quod Cypri coleretur. Vnde et Paphia dicitur, et Cypria Venus.

v.46. Thais) Adden. Leo lib. 48. tit. 4. c. 40. Baſil.

p. 405. v. 1. Labeo) Ficta fortaſſe nomina ſunt Labeo-
nis et Nerariae.

v. 3. Victorina vilica Seueri contubernalis) BIKTΩ-
PÍNA Ἡ ΚΑῚ ΓΕΩΡΓΊΑ Ἡ CEBÍ-
ΡΟΥ ΓΑΜΕΤΉ. Leo lib. 48. tit. 4. c. 40.
qui neq. vilicae nomen, neq. contubernalis ex-
preſsit. Ad fines tamen voces aemulatus eſt.

v. 12. Aelianus) Addeo. Leo lib. 48. Baſil. tit. 1. c. 10.

p. 404. v. 3. Antoninus Achilleus) Latine dici debuit
Achilles. Graecis enim eſt ἈΧΙΛΛΕΎC. Idem
nomen inuenio ſub Aureliano, et Diocletiano, ty
rannis quibuſdam fuiſſe. Sed antiquior eſt L. Sici-
nius Dentatus, Achilles Romanus dictus, qui ſub
Decemuiris occiſus eſt. Viden. Gellius lib. 2. c. 11.
noctium.

v. 15. Aquilius Regulus) De M. Atilio Regulo alibi
diximus, qui primi belli Punici tempore captus a
Poenis fuit. 49. 15. 5. 2. Alius Regulus orator fuit
Domitiani temporib. de quo viden. C. Plinius in
epiſt.

p. 406. v. 37. Claudius Gorgus) Gordius Claudius, eſt
in Baſil. lib. 60. tit. 57. c. 5.

p. 407. v. 2. Claudius Saturninus) Vide Q. Claudius
Saturninus Iuriſconſultus cap. 1.

p. 408. v. 1. Erucius Clarus) De Sex. Erucio viden.
C. Plinius lib. 1. et 2. epiſt.

v. 27. Firmus) Adde Leon. lib. 48. Baſil. tit. 4. c. 11.

p. 409. v. 22. Hadriano Demonſtrati) Vox filio fortaſ-
ſe deſideratur Graecorum exemplo.

p. 410. v. 31. Iulius Sabinus) Tempore Pii Imp. poni
debuit, vt antea dictum eſt.

p. 411. v. 23. Martialius) Sic etiam eſt in Baſil. lib. 48.
tit. 4. c. 32.

v. 31. Miſſenius Fronto) Menſenius Fronto, eſt in Ba
ſil. lib. 48. tit. 3. c. 30.

v. 32. Imperatores) Ὁ ΒΑCΙΛΕΎC eſt in Ba-
ſil. Antoninus fortaſſe ſignificatur.

v. 47. Numpiudius) Malo, Nymphidius a nymphis.

p. 412. v. 27. Pactumcio Magno occiſo) Apud Lam-
prid. in Commodo non recte ſcriptum eſt, Pactu-
leius Magnus occiſus ab eodem Commodo. Re-
cte apud Pompon. 40. 7. 21. 1. Pactumeius Clemens
aiebat. Id confirmatur verbis Leonis lib. 48. tit. 5. c.
91. Baſil.

p. 413. v. 3. Plactorius) Non recte in Floren. Pand. eſt
Pletorius. In multis enim denariis veterib. eſt, M.
PLAETORIVS. CESTIANVS.

p. 414. v. 19. Titianus) Vide p. 408. v. 27. Firmus.

p. 415. v. 14. et eſt in ſemenſtrib.) Haec poſt Pium ante
Seuerum ſcribenda.

v. 20. Vlpius Proculus) Ante hunc ſcribi poteſt Vlpia
nus Damaſcenus, cuius mentio fit in conſtitutione
Antonini, quae in Pand. Floren. deſideratur 48. 22.
16. Marciani. exſtat in Baſil. lib. 60. tit. 54. c. 17. Non
is eſt Domitius Vlpianus Tyrius iuriſcon. qui pa-
triam ſuam laudat 50. 15. 1. Alius Vlpianus lauda-
tur ab Athenaeo. Alius ſiue idem in orationes De
moſthenis quaedam ſcripſit ſcholia, ſiue perio-
chas. Alios enumerat Suidas verbo ΟΥΛΠΙΑ-
ΝΟC.

v. 31. Antiſtia) Haec ſub Imp. Pio ſcribi debuit.

p. 416. v. 15. Iunia Valeriana) Ante hanc ſcribi debuit,
IVLIA MAMAEA. Vlpian. 1. 9. 12. vt ſcio An
toninum Auguſtum Iuliae Mamaeae conſobrinae
ſuae indulſiſſe. Sic autem dicta eſt Alexandri Imp.
mater, quam ferunt Chriſtianam fuiſſe, Origene
praeceptore vſam.

p. 416. v. 24. Macuia) Adden. Leo lib. 48. Baſil. tit. 3.
c. 44.

v. 26. Sacco, et Eytychiae, et Ireniae) CÁΚΧΥ
ΚΑῚ ἘΥΤΥΧΊΑ ΚΑῚ ἘΙΡΗΝΗ eſt in
Baſil.

p. 412. v. 8. Eros Pſyllus) Pſyllus pulicem ſignificat,
et gentem venenis innoxiam. Viden. Leo lib. 48.
tit. 4. c. 14. Baſil.

v. 15. Philargyrus) Malo Phylargyrus, quaſi argenti
cuſtos.

v. 28. Saccus) CÁΚΧΥC eſt in Baſil. vt in Macuia
dictum eſt. CΑΚΧΥΦÁΝΤΗC ſaccorum tex
tor eſt Demoſtheni in Olympiodorum. Ego ni-
hil muto.

v. 30. Scorpus) Scorpius, malo.

p. 419. v. 1. Eutychia. Irene) Haec nomina Felicitá-
tem, et Pacem ſignificant. Vide Macula, et Saccus.

p. 420. v. 42. Surus) Syrum forte ſcripſit iuriſcon.
quamuis haec vox Varroni, et Feſto aliud ſignifi-
cet. Viden. Leo lib. 60. Baſil. tit. 50. c. 10.

p. 422. v. 9. Zoilus) Adden. Leo lib. 48. Baſil. tit. 4. c. 38.

v. 27. Euemeria) Vide Aelianus. ἘΥΗΜΕΡΊΑ
eſt in Baſil. lib. 48. tit. 1. c. 10. quae vox felicem diem
ſignificat, candido lapillo numerandum.

v. 34. Cap. VI. De nominibus fictis etc.) Scitum eſt,
quod Cicero ait lib. 2. de oratore: Ideo in Catonis,
et Bruti libris nominatim referri, quid alicui de iu
re viro, aut mulieri reſponderint: vt putaremus
in hominibus, non in re conſultationis, aut dubita
tionis cauſam aliquam fuiſſe: et vt quod homines
eſſent innumerabiles debilitati a iure cognoſcen-
do, voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcen-
di abiceremus. Verius eſt id accidiſſe propter va-
ria reſponſa ab iuriſconſultis petita, quae poſtea
ſunt totidem verbis in libris poſita. Sed quia vide
runt nihil intereſſe hoc, an illo nomine vocaretur,
cuius res agebatur: nominibus quibuſdam fictis vte
bantur, vt philoſophi etiam veteres fecerunt, qui
Dionem, et Theonem vſurpabant. Vtriuſq. fei te
ſtis eſt Plutarchus in problem. Sic idem ait ciues Ro
manos in nuptiis ſeſe Caios vocaſſe: Vbi tu Caius,
ego Caia. Et omnes mulieres Caias fuiſſe dictas ex
praenominib. libertorum earum confirmatur. Ete
nim Antiſtiae puta libertus, C. Antiſtius Ɔ. L. ſi-
ue Caiae libertus appellabatur. Et boni ominis
cauſſa fieri dicebatur propter Caiam Caeciliam,
quae Tanaquil dicta eſt, vt Feſtus ait, et Valerii
Maximi nomine lib. 10. Iulius Paris. Vetus quoque
prouerbium fuit, Attio idem, quod Titinius eſto,
quo vſus eſt M. Varro in ſatyra inſcripta teſtamen
tum; eoq. ſignificabatur pari eos iure fuiſſe, vt A.

v.48. Haec ad legem Iuliam de vi pertinere videntur.

v.50. Haec nobis incerta eſt. Sed vide conſt. 1. de inofficioſis dotib. lib. 2. Cod. Theod.

v.52. Iulia, et Papia Poppaea. Has duas leges eſſe credimus ab Auguſto de eadem re bis latas, Iuliam de maritandis ordinibus, et Papiam Poppaeam de poenis caelibum, et orborum, et de priuilegiis coniugum, et de caducis. De eiſdem poſtea ſeparatim dicemus.

v.53. Viden. Iuſtin. lib. 3. Inſt. tit. de ſucceſſ. libertor.

p.351. v.16. Iulia de adulteriis) coërcendis, adde, vt 4. 4. 37. et lib. 48. tit. 5. et 48. 5. 5. et 42. ab Auguſto lata eſt, vt refert Sueton. et Vlp. 48. 5. 1. et Horat. lib. 4. Carminum. Primo capite priorib. legib. abrogat, vt Paulus lib. ſing. de adulteriis ait in fragmen. Pith. tit. 4. de adulterio. tum illis verbis vtitur, quae refert Vlp. 48. 5. 12. Ne quis poſthac ſtuprum adulterium facito ſciens dolo malo. Secundo capite patri permittit filiam, et adulterum occidere domi ſuae, vel generi ſui depreheoſum. Paul. in d. lib. ſing. qua de re viden. Papin. 48. 5. 20. et Vlp. 48. 5. 23. Capite quinto de viro agitur, qui adulterum deprehenſum detinet. 48. 5. 25. ſunt enim perſonae, quas licet ei occidere, enumerat eas Paulus d. lib. ſing. et Macer 48. 5. 24. Capite ſeptimo abſentes reip. cauſſa in reos referre non licere cautum eſt, vt Vlp. ait 48. 5. 15. 1. ſuſpicor illic agi de his, qui accuſari non poſſunt. Capitis noni mentio fit 48. 5. 17. 7. de ſerui accuſati quaeſtione.

Aliorum capitum numerum referre non poſſumus. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib. 9. Cod. Iuſtin. et li. 9. tit. 7. Cod. Theod. et lib. 4. Inſtit. tit. de publicis iudic. adde ex fragm. Pithoei d. tit. 4. et 5. de ſtupratorib. et tit. 6. de inceſtis nuptiis, et tit. 8. de falſo teſtimonio. et Paul. lib. 2. ſenten. tit. 26. de dotib. Adde conſt. vlt. ad legem Cornel. de falſo lib. 9. Cod. Theod. cuius pars extat ſub eod. tit. lib. 9. Cod. Iuſtin. Leo. lib. 60. Baſil. tit. 37.

p.352. v.10. Iulia ambitus) Haec etiam ab Auguſto lata eſt, vt Sueton. ait. De ea Paulus lib. v. ſenten. tit. 30. ad legem Iuliam ambitus. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib. 9. Cod. Iuſtin. et lib. 9. Cod. Theod. et lib. 4. tit. vlt. Inſtit. vide conſt. vlt. ad legem Corn. de falſo in Cod. Theod. et Leo. lib. 60. tit. 46. Baſil.

v.17. Iulia de annona) In publicis iudiciis numeratur ab Aemilio Macro, quod ex hac lege exercetur 48. 1. 1. et a Iuſtin. libro quarto extremo Inſtit. Ea lex Auguſti, an C. Caeſaris Dict. fuerit, incertum eſt. Viden. Leo lib. 60. tit. 44. Baſil.

v.26. Iulia de fundo dotali) Huius quoq. legis incertus auctor eſt. Quidam ex Pauli verbis lib. 2. ſenten. tit. 21. de dotib. partem eſſe Iuliae de adulteriis coërcendis ſuſpicantur. quib. non adſentior, et Pauli eſſe librum mendoſum exiſtimo. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, adde lib. 5. Cod. Iuſtin. tit. de rei vxoriae act. et tit. de fundo dotali. et lib. 2. Inſtit. tit. quib. alien. licet.

v.39. Iulia iudiciorum) Iulia iudiciaria dicitur a Modeſtino 48. 14. 1. cuius verba hic omiſſa neſcio quomodo ſunt.

v.40. Haec ad Iuliam priuatorum pertinent.

Ibid. ait et c.) adde poſt haec verba Modeſtin. 48. 14. 1. per legem Iuliam iudiciariam in legem ambitus committit.) haec ad Iuliam publicorum videntur pertinere.

v.41. Iulia priuatorum iudiciorum) Olim multae iudiciariae leges fuerunt, quibus aut equites ſoli, aut cum ſenatoribus, aut etiam cum Tribunis aerarij iudicabant. C. Caeſar hos Tribunos noluit iudicare, ſed ſolos equites, et ſenatores, vt ait Sueton. Eius legis mentionem facit Cicero Philip. 1. et Aſcon. in orat. pro M. Scauro. Diuiditur in publica, et priuata iudicia. Publica ſunt, quae enumerantur a Macro 48. 1. 1. et a Iuſtin. lib. 4. Inſtit. tit. vlt. cetera priuata iudicia ſunt.

v.47. Iulia publicorum iudiciorum) Cum multa fuerint publica iudicia legib. Auguſti comprehenſa, hanc etiam legem eiuſdem fuiſſe arbitror. Sed et Sueton. ait tribus iudicum decuriis quartam addidiſſe ex inferiore cenſu: qui de leuiorib. ſummis iudicarent. aetatem quoq. iudicum definiſſe a trigeſimo anno. Haec poſſunt ad vtraq. iudicia pertinere.

p.353. v.7. Iulia maieſtatis) Incertum eſt a Caione Caeſare, an ab Auguſto haec lata ſit. Capitis primi mentionem facit Vlp. 48. 4. 1. Cetera ignota ſunt. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib. 9. Cod. Iuſtin. et lib. 9. Cod. Theod. et libro quarto extremo Inſtit. adde Paul. lib. 5. ſenten. tit. 29. et Leo. lib. 60. Baſil. tit. 36.

v.20. Iulia de maritandis ordinibus) Haec ab Auguſto lata eſt, vt refert Sueton. et Horat. in ſaeculari carmine, et Florus lib. 59. Hanc eſſe putamus, quae cum Papia coniungitur, vtraq. enim agitur de coniugum praemiis, et de caelibum, et orborum poenis. In poenis caduca ſunt: quamobrem Iulia caducaria appellatur ab Vlpiano in fragmen. Tilianis tit. 28. de poſſeſsionib. dandis. Iulia lex a Val. Martiale lib. 6. epigram. et a Iuuen. ſatyr. 6. Iulia de marit. ordin. ab Alex. Imp. conſt. 6. de operis libertor. Verba legis refert Paul. lib. 2. ad legem Iuliam. et Papiam. 38. 1. 39. Alia verba legis Iuliae refert idem Paul. lib. 1. ad eaſd. leges. 23. 2. 44. et Vlpian. ſententiam in fragm. Tilian. tit. 13. de caelibe, orbo, et ſolitario patre. quae Papiae eſſe dicuntur a Celſo 23. 2. 23. et a Iuſtiniano conſt. vlt. de nuptiis. Huius legis Iuliae capitis ſeptimi mentio fit ab A. Gellio lib. 2. c. 15. capitis vero trigeſimi quinti mentionem facit Marcian. 23. 2. 19. Sed cum Iuſtinianus lib. 8. Codicis titulum ſcripſerit de infirmandis poenis caelibatus, et orbitatis, et de decimariis ſublatis: item lib. 6. de indicta viduitate, et de lege Iulia Miſcella tollenda, item de caducis tollendis: multa omiſſa ſunt, quae ad hanc legem pertinebant. Pars relicta eſt in fragm. Tilianis Vlpiani tit. 11. de tutelis, vbi huius legis de maritandis ordinib. diſerte mentionem facit. ſed Iuliae tantum d. tit. 13. et tit. 14. de poena legis Iuliae, et tit. 15. de decimis, et tit. 16. de ſolidi capacitate inter virum, et vxorem, et tit. 17. de caducis, et tit. 18. qui habeant ius antiquum in caducis, et tit. 22. qui heredes inſtitui poſſunt, vid. Paulus in fragm. Pithoei tit. 16. de legitima ſucceſsione. Adde conſtit. 7. de nauicularis lib. 13. Cod. Theod. et conſt. 5. tit. incerti Cod.

Greg. cuius Aurel. Auguſt. mentionem facit lib. 1. de adulter. coniugiis. Vide Iuliam, et Iuliam et Papiam Poppaeam.

v. 24. Adde 23. 2. 45. et 24. 2. 21.

v. 26. Iulia peculatus) et de ſacrilegiis, et reſiduis, addi poteſt ex lib. 48. tit. 13. ſub quo Iulia de reſiduis appellatur a Paulo, et Marciano Iulia reſiduorum ab eodem Paulo 48. 13. 9. 3. Quo tempore haec lex lata ſit, ignoramus. De eadem praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib. 9. Cod. Iuſtin. et lib. 4. extremo Inſtit. Viden. Paulus lib. 5. ſenten. tit. 17. et Leo lib. 60. tit. 45. Baſil.

v. 45. Iulia repetundarum) Haec a C. Iulio Caeſare lata eſt in Conſulatu, quem cum M. Calpurnio Bibulo geſsit anno vrbis 694. teſtis eſt Cicero in Seſtiana oratione. De eadem ſcribit in ea, quae in Pilonem inſcribitur, et pro Rabirio Poſtumo. Plura eius capita fuiſſe conſtat ex epiſt. M. Coelii, qua verba vnius et centeſimi capitis legis de repetundis referuntur haec: Quod eorum iudicum maior pars iudicarit: Id ius, ratumq. eſto. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib. 9. Codicis Iuſtin. et lib. 9. Cod. Theod. et lib. 4. tit. vlt. Inſtit. adde Paul. lib. 5. ſenten. tit. 28. et Leonem lib. 60. Baſil. tit. 45.

p. 354. v. 10. Iulia de vi) Incertum nobis eſt, a quo lex haec lata ſit. De ea praeter haec, quae ex Digeſtis ſumuntur, vide lib. 9. Cod. Iuſtin. et lib. 9. Cod. Theod. et lib. 4. tit. vlt. Inſtit. et Paul. lib. 5. ſenten. tit. 26. et conſt. vn. tit. 10. lib. 9. Cod. Theod. Victum ciuiliter agere poſſe criminaliter: quae eſt conſt. vn. tit. 31. lib. 9. Cod. Iuſtin. Quando ciuilis actio etc. Adde Leon. lib. 60. Baſil. tit. 18.

v. 13. Lege Iulia de vi) Adde cap. 87. et 88. ex Vlpiano lib. nono de officio Procon. tit. ad legem Iuliam de vi publica, et priuata, in fragm. Pith. tit. 9. de familiari teſtimonio.

v. 54. vide 40. 9. 25.

v. 57. Iunia Patronia) erratum eſt in Pand. Floren. nam ſcribendum eſt Iunia Petronia, vt 48. 8. 11. 22. De qua lege praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, nihil amplius accepimus.

p. 355. v. 4. Iunia Velleia) Iunia bis in Digeſtis appellatur 26. 2. 10. 2. et 28. 5. 13. ſic etiam ſcribendum eſt apud Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de exhered. liber. licet Theophilus editus habeat τῷ ἰουλίῳ βελλαείῳ νόμῳ. et in fragmen. Tilianis Vlpiani tit. 22. qui heredes inſtitui poſſunt, Iulia lex appellatur pro Iunia. Velleiam autem malo, quam Velleam, quod in Pand. Floren. ſemper eſt: quia ſic dicebatur gens Velleia, et Velleius Paterculus, et S. C. Velleianum, quod M. Iunio Silano, et Velleio Tutore Cos. factum eſt, vt ait Vlpian. 16. 1. 2. Eiſdem Conſulib. videtur haec lex fuiſſe lata, et ab eis Iuniam et Velleiam dictam. Verba legis aliquot refert Scaeuola 28. 2. 29. 7. et 8. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, adde conſt. Alexandri 2. de liberis praeteritis, et Iuſtiniani 34. Si quis filium. de inoffi. teſtam. et Vlp. d. tit. 22.

v. 2.* Iunia] Vellea confirmatum) ſic editum eſt Florentiae ab his, qui putant non recte Iuniam dici hanc legem. Ego, Iunia Velleia confirmatam, ſcribendum cenſeo.

v. 26. Papia Poppaea) An. vrbis 761. Conſules ordinarii fuerunt C. Poppaeus Q. F. Q. N. Sabinus, Q. Sulpicius Q. F. Q. N. Camerinus. Conſules ſuffecti ex Kalen. Iuliis M. Papius M. F. M. N. Mutilus, Q. Poppaeus Q. F. Q. N. Secundus. Sic eſt in faſtis Capitolinis M. Verrii Flacci. Ab his ſuffectis haec lex nomen accepit. Non recte apud Iſidorum lex Papia Pompeia dicitur a Conſulib. ſuffectis Papio Pompeio, lib. 5. c. 15. etymol. et apud Grat. diſt. 1. c. 7. Quaedam. Sic etiam apud Tacitum libr. 3. ſcribendum, et apud Dionem lib. 56. et apud Sueton. in Auguſto, et in Claudio. Hac lege, vt etiam Iulia de maritandis ordinib. de praemiis coniugum, et de poenis caelibum, et orborum cautum eſſe, antea dictum eſt. In his de caducis conſcriptum. vt ſi a priuilegiis parentum ceſſaretur, vt Tacitus ait, velut parens omnium populus, vacantia teneret. Vnde Iuuen. ſatyra 9. Iura parentis habes, propter me ſcriberis heres: Legatum omne capis, nec non et dulce caducum: Commoda praeterea iunguntur multa caducis. Si numerum, ſi tres impleuero: iuſta doloris Naeuole cauſſa tui. Et alter poeta Gallus: Iuriſconſulto, cui viuit adultera coniunx, Papia lex placuit, Iulia diſplicuit. De hac etiam Gell. li. 2. c. 15. et Tertullianus in apologetico, et Lactan. lib. 1. aduerſus gentes. Caduca ſuſtulit Iuſtinian. conſt. ſing. de caducis tollendis, in qua legis Papiae a multis principib. emendatae facit mentionem. Quamobrem rara mentio caducorum in Digeſtis eſt, vt 5. 3. 20. 6. 5. et 19. 5. 9. quod etiam refertur alia conſtit. quae ſub tit. de veteri iure enucle. et ante Digeſta Graece, et Latine extat, cuius initium Tanta. Viden. Vlpian. libro ſing. regularum, in fragm. Tilianis tit. 1. de libertis, et tit. 14. de poena legis Iuliae, et tit. 16. de ſolidi capacitate, et tit. 18. qui habeant ius antiquum in caducis, et tit. 19. de dominiis, et tit. 24. de legatis, et tit. 29. de bonis libertorum. His omnib. locis vel Papia, vel Papia Poppaea vocatur. at tit. 28. de poſſeſsionib. dandis, Iulia caducaria. De Papia etiam viden. conſt. 2. de inofficioſis dotib. in Cod. Theod. et conſt. 1. de iure liberor. quae vlt. eſt in Cod. Iuſtin. tit. de infirm. poenis caelib. et 1. de iure liber. qua lex Papia decimarum abrogatur. Adde conſt. 7. de nauicularijs in Cod. Theod. et Iuſtinian. Nou. 78. et lib. 3. Inſtit. tit. de ſucceſ. libert.

v. 31. Plautia de vi) Haec etiam Plotia appellatur a Cicerone in orat. Miloniana. Plautia ab Aſconio in eadem, Plotia item a Cicerone lib. 4. epiſt. ad Atticum, et a M. Coelio in epiſt. ad Ciceronem. A quo lata fuerit, ignoramus.

v. 32. Adde Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de vſucapion. et Ciceron. pro A. Caecina.

v. 34. Pompeia de parricidiis) Huius etiam legis auctorem ignoramus. Non fuiſſe CN. Pompeium Magnum exiſtimamus, quia poena parricidarum antiquior eſt ipſo Pompeio. Viden. Cicero in Roſciana parricidii, et lib. 2. de inuentione. Cornificius ad Heren. lib. 1. Florus lib. 68. Eutrop. li. 5. Plutar. in Romulo. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, adde Iuſtin. lib. 4. tit. vlt. Inſtit. et li. 9. Cod. Iuſtin. et Iulium Paulum lib. 5. ſenten. tit. 24. et Leon. lib. 60. Baſil. tit. 40.

v.43. Publicia) Huius legis nullam alibi meotionem jnuenimus.

v.46. Regia) Regiae leges dictae ſunt, quae a Regib. latae ſunt, quas Papirius ſiue Papiſius collrgit. 1.2. 2. et 1.2.2.18. de his loquitur Marcell. 11.8.2. et Papinian. in fragmen. Pith. tit. 4. de adulterio.

Rrgia quoq. lex dicta eſt, qua ſingulis Pincipib. regia poteſtas dabatur, de qua Vlpian. 1.4.1. et Iuſtin. lib. 1. Inſtitut. t1. de iure natur. et in conſt. 1. de veteri iure enucl. quae etiam conſt. ante Digeſta poſita eſt. Exſtat eius legis Regiar fragmentum, qua Veſpaſiano poteſtas tributa rſt, in ar de Ioannis Lateranenſi Romae, cuius initium, Foedusve.

v.51. Remmia) Huius legis mrntionem inueni in veteri libro apud Ciceronem io oratione pro Sex. Roſcio.

p.356. v.3. Rodia de iactu) Haec lex Rhodiorum nautica rſt, non populi Romani, ſed Auguſtus eam obtinere voluit, vt omnib. vtilem. 14. 2. 9. De ea prarter haec, quae ex Digeſtis ſumpſimus, adde Paul. lib. 2. ſentrn. tit. ad legem Rodiam, et Iſidor. lib. 5. etymol. c. 17. apud Grat. diſt. 2. c. vlt. In Graecorum libris nugas reperi pro huius legis verbis.

v.10. Scribonia) De hac lege nihil amplius accepimus. Scribooia tamen rogatione Lucii Libonis TR. PL. Ser. Sulpicius Galba reus fuit, quod Luſitanos aduerſus foedus ſeruituti addixiſſet. Florus lib. 49. Eutrop. li. 4. Cicero in Bruto, et li. 1. de oratore.

v.14. Lege Titia, Publicia, et Cornelia) fortaſſe a trib. Tribunis Titio, Publicio, et Cornelio lata. Legis Titiae pro Cincia mentio fit apud Tacit. lib. x1. et apud Auſon. Scantiniam metuens, non metuit Titiam. Alterius Titiae meotio fit a Cicerone lib. 2. de legib.

v.16. Vicecoſima hereditatium) Haec ab Auguſto lata eſt M. Aemilio Lepido L. Arruntio Coſs. vt Dion lib. 55. ſcribit. hoc eſt an. 758. vrbis, Chriſti vero nati an. 7. De hac lege multa Plinius in laudib. Traiani. Adde Paulum lib. 4. ſenten. tit. de viceſima, et Iuſtin. conſt. vlt. de edicto Diui Hadr.

v.25. Apronianum) ſub Hadriano Aug. Q. Arrio Partino C. Ventidio Aproniano Coſs. anno vrbis 875. vt ſuſpicor. Viden. Vlp. 58. 5. 1. et Paul. 30. 121. Vlp. in fragm. Tilianis tit. 22. qui heredes inſtitui poſſunt, et tit. 24. de legatis, et conſt. Leonis 12. de hered. inſtit. lib. 6. Cod. Iuſtin.

v.27. Articuleianum) fortaſſe a Sex. Articuleio Paeto, qui Traiani Imp. in quarto Conſulatu collega fuit, an. vrbis 855. dictum eſt. Arctulianum dicitur a Leone in Baſil. li. 48. tit. 5. c. 50.

v.50. Claudianum) Tria hoc loco S. C. ponuntur, vnum cum Liboniano, alterum cum Silaniano coniungitur, de quib. poſtea dicemus: tertium eſt de adſignandis libertis. Quartum ſuſtulit Iuſtinianus de ea, quae cum ſeruo ſuo colerit, qua de re vide ſupra in Claudii conſtitutionib.

v.37. Claudianis temporibus) Adde Velleio Rufo, et Oſtorio Scapula Conſulib. ſuffectis, de quib. alibi diximus. Viden. Iuſtin. et Theophil. lib. 3. Inſtit. tit. de adſignat. libertor.

v.39. Daſumianum) De huius nominis origine nihil certi habeo: ſed ſuſpicor ab aliquo ſuffecto Conſule ita appellatum. fuit autem poſt Rubrianum, ante Articuleianum S.C. Viden. Leo lib. 48. tit. 4. c. 31. et c. 50. Baſil.

p.357. v.1. Iuncianum) Aemilio Iuoco, et Iulio Seuero Coſ. vt expreſſum eſt 40. 5. 28. 3. In Baſilicis tamen Leonis lib. 48. tit. 4. c. 27. pro Aemilio Mamilius eſt. Fuerunt autem Conſules ſuffecti, ni fallor.

v.4. Libonianum) Hoc S.C. cuius incerta nobis ſunt tempora. coniungitur cum lege Cornelia de falſis lib. 48. tit. 10. Digeſt. et de eo agitur ſub titulo de his, qui ſibi adſcribunt, lib. 9. Cod. Iuſtin. Adde Paul. lib. 5. ſenten. tit. 25. ad legem Cornel. teſtamentariam. et Sueton. in Nerone. et Leon. lib. 60. Baſil. tit. 40.

v.10. Macedonianum) Veſpaſiani tempore hoc S.C. inductum eſt, vt Suetonius ait. Nomen a feneratore Macedone accepit, vt ex verbis eiuſd. S.C. conſtat, quae refert Vlpian. 14. 6. 1. Theophilus non recte lib. 4. Inſtit. tit. quod cum eo, a Macedone filio fam. ducit.

Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib. 4. Cod. Iuſtin. et lib. 4. Inſt. tit. quod cum eo, viden. Paulus lib. 2. ſenten. tit. 10.

v.27. Orſicianum) Ab Orfito, et Rufo Coſs. M. Aurelio Antonino Philoſopho Imp. ex Iuſtiniano, et Theoph. lib. 3. tit. 4. Inſtitut. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et lib. 6. Cod. Iuſtin. adde Paul. lib. 4. tit. 10. ſenten. et tit. 14. ad legem Fuſiam Caniniam. et Iuſtin. conſt. 2. de vetere iure enucl. quae Graece, et Latine poſita eſt initio Digeſtorum.

v.44. Piſonianum) Sunt, qui putent a L. Calpurnio Piſone collega Neronis Auguſti in ſecundo Conſulatu ita appellatum. Fuerunt hi Conſules anno vrbis 809.

v.46. Plancianum) A Planco aliquo ita dicitur, non Plautianum a Plautio. Hoc S.C. agebatur de liberis adgnoſcendis.

p.358. v.1. Rubrianum) Hoc S.C. temporib. Traiani Rubrio Gallo, et Caelio Hiſpone Conſulib. ſuffectis editum eſt, vt refert Vlpian. 40. 5. 26. 7. a Graecis non recte Pubrianum dicitur, ſed horum Conſulum nomina ſunt in Baſil. lib. 48. tit. 4. c. 15. in quib. pro Hiſpone eſt Viemone non recte.

v.12. Silanianum) Ab aliquo Iunio Silano Conſule ſuffecto hoc S.C. appellari potuit. Eius fieri mentio videtur a Tacito lib. 13. et 14. Nerone Auguſto iterum, et L. Piſone Coſ. an. vrbis 809. Neronianum dictum exiſtimo a Paulo lib. 3. ſenten. tit. 5. de S.C. Silaniano, niſi id eſt, quod alii Claudianum appellant. Neroniano quoq. legata confirmantur, vt refert Vlpian. in fragm. Tilianis tit. 24. de legatis. Vide lib. 6. Cod. Iuſtin. tit. de his, quib. vt indignis conſtit. 11. et 12.

v.26. Tertullianum) Ab Hadriano Aug. Tertullo fortaſſe Conſule inductum eſt, ex Iuſtiniani verbis lib. 3. Inſtit. tit. de S.C. Tertulliano. Non recte Tertyllianum eſt in Pand. Floren. eſt enim Latina vox, vt alibi diximus. Praeter ea, quae in Digeſtis, et lib. 6. Cod. Iuſtin. ſunt, adde Vlpian. in fragm. Tilianis tit. 26. de legitimis heredib. et Paul. lib. 4. ſenten. tit. 9. ad S.C. Tertullian. et Iuſtin. conſt. 2. de veteri iure enucl. quae Graece, et Latine poſita eſt ante

eſt ante Pandectas, et Papian. li. ſing. Reſpon. tit. 12.

v. 45. Ibid. 10. quod et in magiſtratibus etc.) Haec ad Tertullianum Iuriſcon. pertinent.

v. 48. Trebellianum) VIII. Kal. Septemb. L. Annaeo Seneca, et Trebellio Maximo Coſ. ſuffectis ſub Nerone factum eſt, vt refert Vlpian. 36. 1. 1. et Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de fideicom. heredit. Multa autem ſunt in Digeſtis ex Pegaſiano S.C. tranſlata, vt de quarta retinenda, et vt cogeretur heres adire, et reſtituere hereditatem, quae Veſpaſiani tempore ſtatuta ſunt Pegaſo, et Puſione Coſ. Itaq. nomen Pegaſiani S.C. in Digeſtis eſt omiſſum, vt in conſt. 2. de veteri iure enucl. quae Graece. et Latine ſcripta eſt initio Digeſtorum, ſtatutum fuit. Vtriuſq. S.C. mentio fit in Inſtitutionibus, et Iuſtiniani Nou. 1. Trebelliani lib. 6. Cod. Iuſtin. Vtriuſq. apud Vlpian. libro ſing. Regular. in fragm. Tilianis tit. 25. de fideicommiſſis, et apud Paul. lib. 4. ſenten. tit. 2. de S.C. Trebelliano, et tit. 3. de S.C. Pegaſiano, et tit. 4. de repudianda hereditate, et tit. 5. de inofficioſi querella.

p. 361. v. 9. Turpillianum) Huius S.C. tempora ignoramus. Praeter ea, quae in Digeſtis ſunt, et libro 9. Cod. Iuſtin. adde Leon lib. 60. Baſil. tit. 16. et 66.

v. 40. Velleianum) M. Iunio Silano, Velleio Tutore Coſ. ſuffectis, vt refert Vlpian. 16. 1. 2. ab eiſdem exiſtimo legem Iuniam Velleiam eſſe dictam, et fortaſſe S.C. Silanianum. Praeter ea, quae in Digeſtis, et lib. 4. Cod. Iuſtin. ſunt, adde Paul. lib. 2. ſenten. tit. 11. ad S.C. Velleian.

v. 56. Vitraſianum) Vitraſius Pollio bis Conſul fuit ſub Marco Aurelio Antonino. Huius S.C. mentio fit apud Leon. lib. 48. tit. 4. c. 19. Baſil.

p. 362. v. 1. Voluſianum) Quo tempore hoc S.C. factum ſit, ignoramus. Viden. Leo lib. 60. Baſil. tit. 18. c. 17.

v. 4. Carbonianum Edictum) Ab aliquo fortaſſe Papirio Carbone Praetore, qui primus hoc edixit. Praeter ea, quae in Digeſtis, et lib. 6. Cod. Iuſtin. et lib. 4. Cod. Theod. ſunt, adde Paul. lib. 3. ſenten. tit. 1. de Carbon. edicto.

p. 363. v. 30. Saluianum Interdictum) A Saluio Iuliano Edicto perpetuo, vt ſuſpicor, adiectum. Viden. Iuſtin. lib. 4. Inſtit. tit. de interdictis.

v. 38. Frontiana Decreta) Frontoniana credo aptius dici a Frontone aliquo. Vnde Papirius Fronto, et Frontonis platani Iuuenali.

v. 41. Catoniana Regula) Adde lib. 34 tit. 7. De Regula Catoniana. et Maecian 35. 1. 86. 1. etenim nec Catonianae ſententiae locum in propoſito eſſe.

p. 364. v. 16. Aquiliana ſtipulatio) a C. Aquillio Gallo iuriſcon. conſcripta, vt Iuſtin. ait li. 3. Inſtit. tit. quib. modis tollitur obligatio, poſt Florentin. 46. 4. 18.

v. 34. Adde Paul. lib. 1. ſenten. tit. 1. de pactis, et conuentionib.

v. 40. Caluiſiana) Apud Vlpian. in fragment. Tilianis tit. 16. de ſolidi capacitate S.C. Caluitiani mentio fit, quod mendoſum arbitror.

v. 42. Fauiana) ſic eſt in Pand. Floren. pro Fabiana, vel FaViana, de qua mox dicemus.

p. 365. v. 1. Fabiana) ſic ſemper ſcribi debuit, non Fauiana, vel FaBiana. ſic etiam erratum eſt in lege Fabia de plagio, quam Fauiam appellant. Legem Fabianam, et Fabianam formulam Paulus vocat lib. 3 ſenten. tit. 3. de lege Fabiana. Erant olim certae actionum formulae, quas praeterire fuerat religio: eas Iuſtinianus abrogauit. Adiudicatione dominia naciſcimur per formulam Familiae erciſcundae, et per formulam Communi diuidundo, et per formulam Finium regundorum, ait Vlpian. in fragm. Tilianis tit. 19. de dominiis.

v. 49. Publiciana) A Publicio Praetore, qui primus eam in edicto propoſuit, vt Iuſtin. ait li. 4. Inſt. tit. de actionib. Sic exiſtimamus Paulianam a Paullo, Fabianam a Fabio, Caluiſianam a Caluiſio, Seruianam a Seruio dictas.

p. 366. v. 53. Seruiana) A Seruio Sulpicio iuriſcon. vt arbitror, ſic Aquiliana ſtipulatio a C. Aquillio Gallo. De hac actione viden. Iuſtin. lib. 4. Inſtit. tit. de actionib.

p. 367. v. 28. Triticaria) lib. 13. tit. 3. De condictione Triticiaria. ſic eſt in Pand. Floren. et mox cap. 1. Triticaria, quod malo a tritico. Vt enim qui certam pecuniam petit, vtitur illa actione Si certum petetur: ſic qui triticum, aliasue ſpecies petit, Triticaria agit.

v. 34. Homerus) Hoc nemo antiquior ſcriptor apud Graecos inuenitur. cum poëtam dicimus, hic ſignificatur apud eoſdem, apud nos Vergilius, vt ait Iuſtin. lib. 1. Inſtit. tit. de iure naturali. patrem omnis virtutis, appellat idem Imp. in conſt. incip. Omnem. quae ante Digeſta poſita eſt.

v. 35. Homeri carmina refert etiam Iuſtin. et Theophil. lib. 3. Inſtit. tit. de emptione, et vendit. ſumuntur ex Odyſſ. A. et Iliad. Z et H. Seruius quoq. Georg. 3. refert Caium Homerico exemplo confirmaſſe omne mercimonium in permutatione conſtitiſſe.

v. 41. Sumuntur haec ex Odyſ. N.

v. 44. Citatur locus ex Odyſ. Ψ.

v. 45. Haec ſunt ex Iliad. Z. Adde Leon. lib. 45. Baſil. tit. 1. c. 6. 4.

v. 47. Ex Iliad. Z. Leo d. c. 4.

v. 49. Ex Odyſ. P. Adde Iuſtin. et Theoph. lib. 2. Inſtit. tit. de donationib.

v. 51. Ex Iliad. Ψ. Adde Leon. lib. 60. Baſil. tit. 51. c. 16.

p. 368. v. 1. Ex Odyſ. Δ.

v. 6. Ex Iliad. I. Adde Verg. Aen. 9.

v. 7. Draco) Hic et Solon Athenis legiſlatores optimi fuerunt, mentio eorum eſt apud Iuſtin. et Theophil. lib. 1. Inſt. tit. de iure naturali. ſed male Theoph. Draconem Lacedaemoniorum legiſlatorem vocat.

v. 14. Adde Leon. lib. 60. Baſil. tit. 31.

v. 16. Hippocrates) Hic medicorum princeps fuit, Platone antiquior: quamobrem ei hunc praetulimus.

v. 17. Septimo menſe) Viden. Hippocr. in libro de ſeptimeſtri partu. Ratio Pythagorei numeri id videtur admittere, ait Paulus lib. 4. ſenten. tit. 9. ad S.C. Tertullian. De his numeris viden. Macrob. in ſomnium Scipionis. Septimo menſe parere mulierem poſſe praeter Hippocratem affirmant Theano Pythagorica, Ariſtoteles Peripateticus, Diocles, Euenus, Straton, Empedocles, Epigenes, et alii: negat ſolus Euriphon Cnidius, vt refert Cenſorin. in libro de die natali. Adde Ariſtot. li. 7. c. 4. de natura animal. Plin. lib. 7. c. 5. natur. hiſt. Gell. lib. 3. c. 16. noct.

v. 20. Vidend. Clemens Alexand. lib. 6. Stromat. Gell. lib. 3. c. 10. Leo lib. 45. tit. 1. c. 16. Baſil.

v. 27. Ariſtoteles) Eſt hic locus lib. 7. c. 4. de natura animalium, refertur a Gell. li. 10. c. 2. ſed neuter de quinq. receptaculis loquitur. Adde Plin. lib. 7. c. 3. natur. hiſt.

v. 30. Chryſippus) Huius libri non extant. Iuriſconſulti multi Stoicis addicti fuerunt: quorum principes Zeno, et Chryſippus fuerunt. Viden. Laërtius.

gilius imitatur Aen. 9. Menelaum, et Agamemnonem haec vox ſignificat, Atrei filios.

v. 6. Tydides) Diomedem ſignificat Tydei filium. ſic etiam apud Verg. O Danaum fortiſsime gentis Tydide.

v. 10. Helena) Vide Hector.

v. 13. Penelope) Vide Vlixes.

v. 20. Philippus) Rex Macedoniae, Alexandri Magni pater, cuius nummi aurei nobiles ſunt, quorum mentionem facit ſaepe Plautus, et Horatius.

v. 23. Pyrrhus) Hic Epiri Rex cum Romanis bellum geſsit.

v. 32. Aquilius) Non hic Aquillius Gallus Seruii magiſter fuit, ſed eo multo antiquior, qui Tribunus plebis legem Aquiliam tulit, vt in ea lege diximus. Theophilus ante legem Hortenſiam latam putat, quod nobis incertum eſt. Viden. Leo lib. 60. Baſil. tit. 3. c. 1.

v. 34. M. Atilius Regulus) Hic bis Conſul, et triumphalis fuit, a Poenis, quos ſaepius vicerat, captus, et Romam miſſus ſuaſit, vt captiui non redimerentur. Carthaginem reuerſus occiſus eſt.

v. 38. Aurelius Cotta) Hunc nos ignoramus. ſed cum ſeptem conſulares Cottae fuerint, vnus triumphalis, huic qui triumphum duxit, Ducis nomen recte addi ab Arrio putemus. Is fuit C. Aurelius L. F. C. N. Cotta, qui bis Conſul fuit cum P. Seruilio Gemino, anno vrbis D I. et D V. Triumphauit in priore Conſulatu de Poenis, et Siculis Idib. Aprilis, teſte Verrio Flacco. Ducis quoq. nomen addi potuiſſet C. Cottae M. F. qui cum L. Octauio Coſ. fuit an. 678. cui triumphus erat decretus, ſed cicatrice reſciſſa prius mortuus eſt.

v. 41. Barbarius Philippus) Apud Suidam Barbius Philippicus dicitur, et M. Antonio Triumuiro familiari hoc eueniſſe refertur. quamuis non aperte ab eo Praetor dicitur, ſed iudex, vel magiſtratus.

p. 372. v. 2. A. Cluentius Auitus) De hoc videnda Ciceronis oratio. Habitus autem vulgo appellatur. id cognomen vbique mutant quidam, quaſi ineptum. contra quos Verrii Flacci auctoritas opponenda eſt, qui edidit Conſules ex Kalen. Iul. L. Apronium, et A. Vibium C. F. C. N. Habitum Auguſti Trib. Poteſt. xxx.

v. 4. Cornelius Lentulus) Hunc ſuſpicor ſub Auguſto fuiſſe, et Conſules Sullam, et Trionem ſuffectos. Sed res incerta eſt.

v. 7. L. Cornelius Sulla Felix) De hoc dictum eſt in Corneliis legib.

v. 17. R litteram inuenit) Dictum eſt in Appio Claudio Caeco, antiquiorem eſſe hanc litteram. ſed cum multis verbis omitteretur, coeptam fuiſſe vſurpari frequentius. Viden. Cicero in epiſt. ad Paetum.

Ibid. pro Valeſii) pro Valeſiis malo.

v. 18. pro Fuſiis Furiis) malo Furii.

v. 20. tregeminos ſenatores cinctos vidimus Horatios) Pugna trigeminorum Albanorum, et Romanorum a Liuio, et aliis prodita eſt, alteros Horatios, alteros Curiatios eſſe appellatos ſcribunt. extantq. denarii C. Curiatii Trigemini nomine inſcripti. Horatios ſenatores fuiſſe, nobis incredibile videtur. Cur cinctos Paulus addat, et verbum vidimus; non facile dictu eſt. an quia cincti in bella mittebantur, vnde teſtamenta in procinctu dicta ſunt? vidimus autem pro accepimus eſt, et pro certo ſcriptum legimus.

v. 22. C. Hoſtilius Mancinus) Conſul hic fuit cum M. Aemilio Lepido Porcina anno vrbis 616. Cum foedus iciſſet turpe, Numantinis deditus eſt, qui eum noluerunt deditum accipere.

v. 25. M. Iunius Brutus) Hunc ſuſpicamur eſſe C. Caeſaris percuſſorem, quem alio nomine Q. Seruilium Q. F. Caepionem Brutum ob auunculi adoptionem appellatum in nummis ſcimus. Mouet nos, quod Antiſtius Labeo Antiſtii Labeonis pater Bruti partes ſit ſecutus, vt Appianus ait libro quarto extremo bellor. ciuilium. Huius Bruti mater Seruilia ſoror M. Catonis fuit. Ipſe Brutus Ciceronis familiaris, et ſcriptor luculentus philoſophiam Latinis litteris illuſtrauit.

v. 29. Q. Ligarius) Ex oratione Ciceronis ſatis hic notus eſt.

v. 37. P. Mucius) Hunc plane ignoramus.

v. 38. Aulus Caſcelius Quintus Mucius Voloſii auditor) Sic eſt in Pand. Floren. non recte. Scribo, Aulus Caſcellius Quinti Mucii Voloſi auditor. Vide Caſcellium iuriſcon.

v. 42. Pacuuius) Hic Pacuuius Praetor fuiſſe videtur, et ante edictum perpetuum, in ſuo edicto vtendi verbo non commodati vſum. M. Pacuuius poëta tragicus fuit propinquus CN. Pompeii Magni.

v. 45. CN. Pompeius Magnus) De hoc praeſtat nihil, quam pauca dicere.

p. 373. v. 1. Ponticis) Quia Magnus de Mithradate Rege Ponti triumphum egit.

v. 3. Publicius Caecus) In Baſilicis lib. 8. tit. 1. cap. 12. haec verba leguntur, ΠΟΥ ΒΛΙΚΌΝΤΙΝΑ ΤΥΦΛῸΝ ἈϹΠΕΡΝΆΤΟΥ ΝΌΝΝΟΥ ΠΑΤΈΡΑ ΒΟΥΛΗΘΈΝΤΑ ϹΥΝΗΓΟΡῆϹΑΙ, ὙΠῸ ΒΡΟΎΤΟΥ ΠΕΡΙΦΡΟΝΗΘῆΝΑΙ ΤΟϹΟῦΤΟΝ, ὭϹΤΕ ΑὙΤῸΝ ΤῸΝ ΒΡΟῦΤΟΝ ΤΡΈΨΑΝΤΑ ΤῊΝ ΚΑΘΈΔΡΑΝ ΚΑΘῆϹΘΑΙ. Lucii Aſprenatis mentio eſt apud Tacit. lib. 1. et 3. et C. Nonii Aſprenatis Torquati apud Sueton. in Auguſto.

v. 7. Rutilius) Hunc ſuſpicor fuiſſe P. Rutilium Rufum iuriſcon. quem Pomponius ait 1. 2. 2. 20. Romae Conſulem, et Aſiae Proconſule fuiſſe. ſed quia hoc loco tamquam Praetor aliquis appellatur, cum vt incertum poſui. Ante hunc ſcribi debuit Remus Romuli Regis frater, de quo 1. 8. 11. vt in Romulo diximus. Mirum autem eſt Latinis Remum, Graecis ῬΩΜΟΝ dici: a quo Roma vrbs aptius dici videretur, quam a Romulo. Viden. Feſtus in voce Roma, et in voce Remurinus.

v. 10. C. Sempronius TI. F. Gracchus) Hic ille eſt diſertiſſimus vir Tiberii Gracchi frater, quem Cicero valde laudat. Ambo fratres vt ſeditioſi Tribuni plebis occiſi ſunt.

v. 13. In Licinnia Gracchi vxore) Licinia ſcribendum. erat enim P. Licinii Craſſi Muciani Pont. Max. filia. Is Mucianus P. Mucii filius fuit. Viden. Plutarchus in Gracchis.

v. 17. L. Sergius Catillina) malo Catilina ex Vergilii carmine Aen. 8. Et te Catilina minaci pendentem ſcopulo.

v. 19. * Iulia] mulier) ſic etiam eſt in Baſil. licet Fuluiam Sallustius vocet.

v. 20. Valeſii Valerii) Vide Fuſii Furii. Adde Varron. lib. 6. de lingua Latina, ex ſaliari carmine. Coſuli, doloſi, eſo, Cuſiatii, muſes, ruſe, melios, foedeſum, pluſima, aſena, ianitos, Caſmena. In his omnib. S pro R poſitum eſt.

v. 23. Verginius) De hoc vide Dionyſium, et Liuium.

v. 32. Vitellii) Video Sueton. in Vitellio, et Liuius, et Dionyſ.

v. 40. Licinia C. Gracchi) Non recte in Pand. Floren. Licinnia. Licinia enim gens nobilis dicitur, cuius multae familiae fuerunt. Nomen a Licino deduci exiſtimo. eamq. ſyllabam, vt etiam primam breuem eſſe, oſtendit Horatius lib. 2. Carminum. Rectius viues Licini neque altum ſemper vrguendo. Et alius vetus poëta. Marmoreo in tumulo Licinus iacet, at Cato nullo. Haec P. Licinii Craſſi filia fuit, vt ſupra dictum eſt. Non recte in Baſil. lib. 28. tit. 8. c. 63. ipſe Gracchus Licinius vocatur, cum potius C. Sempronius Gracchus diceretur.

v. 45. Iulia) Fuluia Salluſtio, Iulia Leoni in Baſil. lib. 60. tit. 36. c. 9.

p. 374. v. 3. Demaratus) In faſtis Capitolinis L. Tarquinius Damarati F. Priſcus appellatur. Saepe autem A pro H et a Graecis, et a Latinis vſurpatur. Sic etiam Damaſus, et Damaſippus dicti ſunt. Non recte autem a Pomponio Superbus Demarati filius dicitur, cum fuerit vel nepos, ſi credimus Liuio, vel pronepos, ſi Dionyſium ſequamur. Viden. Cicero lib. 5. Tuſcul. et Plin. lib. 35. c. 3. et 12. Hic primus litteras Etruſcos docuit, vt ait Tacit. lib. 11.

v. 3. Hermodorus) Huius ſtatua in comitio publice dicata eſt, vt refert Plin. lib. 34. c. 5. De hoc Heraclitus in epiſtula, cuius Cicero Tuſcul. 5. facit mentionem. Morte multandos Epheſios, quod Hermodorum, vt optimum virum, quem excellere nolebant, exſulem fecerint.

v. 7. auctorem fuiſſe) Interpretem Plinius legum Graecarum.

v. 10. Menander) Huius tempora ignoramus. Sed quia Pomponius in libris ad Q. Mucium eius fecit mentionem poſt Atilium Regulum, credimus de eo quoque Mucium fuiſſe locutum.

v. 15. Andronicus) Liuius Andronicus, qui primus fabulam docuit, omnib. notiſſimus eſt. De eodem locutum eſſe Mucium, mihi non placet. alioquin in poëtis ſcriptorib. ante Q. Ennium eſſet collocandus. Viden. Leo lib. 48. Baſil. tit. 5. c. 19.

v. 19. Spartacus) Dux hic belli ſeruilis, quod a M. Licinio Craſſo exſtinctum eſt.

v. 21. Vindex) Ab hoc vindicta manumiſſi dicuntur, qui lictoris virga admota apud Praetorem manumittuntur, quod ita hic primus fuerit manumiſſus.

v. 28. Mileſia) Nomen hoc a Mileto deducitur, Ioniae caput Miletus Plinio eſt, multarum coloniarum Metropolis.

v. 38. Aufidius) Ser. Sulpicii diſcipuli Aufidius Tucca, et Aufidius Namuſa fuerunt. Hic ſit ne eorum alter, an alius, ignoro. Sed quia a Labeone nominatur, ideo hoc loco recte collocatus eſt. Apud Horat. lib. 1. Sermon. Aufidii Luſci mentio eſt, et lib. 2. Aufidii.

v. 40. C. Cilinius Maecenas) Hic ille eſt eques Rom. valde familiaris Auguſti. Cilnii nomen apud Tacitum lib. 5. et Macrob. lib. 2. Saturn. inuenies. et mendoſe apud Liuium. lib. 10. Licinii pro Cilniis Arretini quidam vocantur, vnde originem Maecenas duxit, atauis editus Regib. vt Horatius ait. Cilinii a Cilino dicti ſunt, de quo Silius Italic. lib. 7. Terentia autem Maecenatis vxor fuit, prius Ciceronis, vt quidam aiunt; de qua Plinius lib. 7. et Sueton. in Auguſto.

p. 375. v. 1. Decenas) Varia lectio eſt in Floren. Pand. mihi ſuperuacanea.

v. 4. Cnaeus Domitius) Video. Sueton. in Nerone.

v. 8. Flaccus) Horatius Flaccus libertino patre natus huius propinquus eſſe potuit.

v. 18. Nonius Aſprenas) Vide Publilius caecus, ante Auguſtum P. Nonius M. F. Aſprenas Torquatus ſub Caligula Cos. fuit cum M. Aquilio Iuliano vrbis an. 791. Viden. Sueton. in Aug.

v. 26. P. Septimius Damas, P. Septimius Demetrius) Libertorum nomina, aut Graecorum, qui ciuitate donati ſint.

v. 31. Statilius Taurus) In fragmen. Pithoei Vlpian. refert tit. 8. de falſo teſtimonio plura ſenatus conſulta ad legem Corneliam pertinentia. primum eſt Statilio, et Tauro Cos. non ſine mendo: alterum Licinio v. et Tauro Cos. tertium Cotta, et Meſſalla Cos. quartum duob. Geminis Cos. Sub Auguſto quidem T. Statilius Taurus Conſul fuit cum Manio Aemilio Lepido anno vrbis 763.

v. 37. Terentia Maecenatis) Vide C. Cilinius Maecenas.

p. 376. v. 7. Claudianus) Adden. Leo lib. 48. tit. 21. c. 4. Baſil.

v. 11. Diui Traiani) Hadriani ad Secundum, eſt in Baſil. lib. 60. tit. 54. c. 1.

v. 15. Iulius Fronto) Apud Tacitum lib. 20. Iulius Frontinus Praetor Veſpaſiano Aug. 11. et Tito Aug. F. Cos.

v. 18. Licinius Lucuſta) In gloſſario veteri eſt: Lucuſta ἀκρὶς, ἀστακὸς, κάραβος, καὶ σίφων ἐνπρησμοῦ. Lucuſtae veneficae, quae neci Ti. Claudii Imp. operam dedit, mentio eſt apud Tacit. lib. 12. extremo.

p. 377. v. 4. Carfania) Καρφανία τις ἐχορήγησεν ἀναιδεστάτη γυνή. Leon lib. 8. tit. 1. c. 1. Baſil. γυνή τις ὀνόματι Καρφανία ἀτάκτως συνηγοροῦσα καὶ ὀχλοῦσα τοὺς δικαστάς. Incert. libror. de

cem interpres. Non igitur Caia Afrania dicenda eſt, neq. Cafrania, aut Calpurnia, vt quidam putant. Valer. Max. ſcribit lib. 8. cap. 3. Caiam Afraniam Licinii Bructionis vxorem promptam ad lites, mortuam fuiſſe C. Caeſare III. M. Seruilio Cos. non ſine mendo. Fuit enim ſecundi conſulatus collega P. Seruilius Iſauricus, tertii M. Aemilius Lepidus. Si de eadem igitur omnia intellegamus, Carfania noſtra ante Auguſtum poni debuit.

v. 9. Domitia Neronis filia) Paridem hiſtrionem Domitiae amitae Neronis libertum vocat Tacit. lib. 13. et mox. ereptus amitae libertus Paris quaſi iure ciuili, et c. Viden. Sueton. in Nerone.

v. 10. Calenus) Ab oppido Caleno in regione prima Italiae apud Plinium, vnde vinum optimum Calenum, idemq. Campanum dicebatur. ΚΆΛΕΝ-ΤΟΣ mendoſe eſt in Baſil. lib. 48. tit. 5. c. 11.

v. 13. Hiberus) Siue quia Hiſpanus eſſet, ſiue quia ex Hiberis Aſiae populis. Multi Iberos ſcribunt. Hiberum Conſulem fuiſſe inuenio cum Silano Siſenna ſub Hadriano Aug. an. 885.

v. 17. Macedo) Vide S. C. Macedonianum. Largius Macedo vir Praetorius, cuius pater ſeruus fuerat, a ſeruis ſuis eſt occiſus, vt refert C. Plinius lib. 3. epiſt.

v. 32. Paris) Vide Domitia.

v. 36. Parthenius) Adde Iuſtin. lib. 2. Inſtit. tit. de vulgari ſubſtit.

p. 378. v. 6. Aper) Flauius Aper 38. 2. 22. ſed fortaſſe Alexander, et Aper prouinciales viri ſunt, non ciues Romani.

v. 9. Aquilius Bradua) M. Atilius Bradua ſub Traiano Imp. Conſul fuit cum Trebonio Gallo anno vrbis 860. Sic etiam alii Braduae Atilii fuerunt. Erratum eſſe in Pand. Floren. ſuſpicor: nam Atilius eſt in titulis veterum monumentorum.

v. 11. Bitraſius Pollio) Sic eſt in Pand. Florent. ſed T. Vitraſius Pollio in titulis monumentorum iterum Conſul dicitur cum M. Flauio Apro II. quo anno Commodus Imp. eſt occiſus, vrbis 918. Inde Vitraſianum S.C. dicitur, vt antea ſcripſimus.

v. 14. legato Lygdonenſi) malo Lugdunenſi, ſed ſequimur errata voluminis Florentini.

v. 19. Calpurnius Flaccus) Adde Pompon. 40. 5. 34. 1.

v. 41. Domitius Labeo) Errant, qui putant hunc eſſe Labeonem iuriſconſultorum principem. is enim Antiſtius dictus eſt, et ante Iuuentium Celſum fuit Auguſti temporib.

v. 46. Flauius Aper) Vide, quae de Bitraſio Pollione dicta ſunt, et de Apro.

p. 379. v. 10. Ignatius Taurinus) Taurinus Proconſul, eſt in Baſil. lib. 60. tit. 39. cap. 4. Egnatius Taurinus Proc. Baeticae, ab Vlpiano dicitur in fragmen. Pith. tit. 1. de ſicariis, vbi latius reſcriptum explicatur. illic etiam Clodii Lupi filii, et Marii Euariſti mentio fit.

v. 13. Inius Diophantus) Vtriuſq. nominis extare ſcio exempla. nam P. Inius P. F. Publilia, titulus quidam incipit, et Diophantus librum de arithmetica Graece ſcripſit. eius nominis Suidas mentionem facit.

v. 17. Ninius Haſta) Q. Ninnius Haſta Conſul fuit cum P. Manilio Vopiſco anno vrbis 866. ſub Traiano ex titulis. Scribe igitur Ninnius.

v. 35. Pompeius Valens) Adde Leon. lib. 60. tit. 50. Baſil.

p. 380. v. 13. Vibius Cerealis) Saepe in Floren. Pand. Viuius pro Vibius eſt, et aliquando Vius. Sed ex nummis, et titulis, et ex faſtis Capitolinis Vibius ſcribendum eſſe didicimus.

v. 36. Plotina Auguſta) Haec Traiani Imp. vxor fuit, et Hadrianum amans adoptionem ei, et imperium contulit, vt Dion ſcripſit.

v. 37. Fauſtina Auguſta) Hoc nomine mater, et filia fuerunt, illa T. Antonini Pii vxor, haec Marci vxor, Pii filia. Pater illius Fauſtinae Annius Verus fuit auus Marci Imp. Pii adoptiuus pater Hadrianus Auguſtus.

v. 41. Vmbricia) Vmbra dicitur ab Vlpiano in fragm. Pith. tit. 3. de iure, et ſaeuitia dominorum. forte Vmbria ſcribendum.

p. 381. v. 3. Serapias) Adde 5. 4. 3. ex Laelio veteri iuriſconſulto.

v. 8. Agricola) Vide Pompeius Valens.

v. 13. Aelius Marcianus) Adde Iuſtin. et Theoph. lib. 1. Inſtit. tit. de his, qui ſui, vel alieni iuris ſunt. Iuon. Carnoten. parte 16. cap. 76. decreti. Aurelius Marcianus Proconſul Baeticae, dicitur ab Vlpiano in fragm. Pith. tit. 3. de iure, et ſaeuitia dominor. vbi etiam Iulii Sabini facit mentionem, et alterius conſtit. eiuſd. Pii ad libellum Alfii Iulii, Glabrione, et Romulo Cos. De Aelio Marciano iuriſcon. dictum eſt cap. 1.

p. 382. v. 1. Sex. Caecilius Africanus) Hunc eſſe ſuſpicamur Iuriſconſultum Saluii Iuliani diſcipulum, de quo dictum eſt capite primo. Id quoniam incertum eſt, hoc loco iterum de eo haec ſcribuntur.

v. 7. Caecilius Paetinus) Petinus eſt in Pand. Floren. ſed nos ſequimur faſtos Capitol. in quib. eſt Fuluius Paetinus, et Aelius Paitus, ſiue Aelius Paetus.

v. 12. Calpurnius) Adden. Leo lib. 48. Baſil. tit. 1. c. 8.

v. 15. Calpurnius Flaccus) ſub Hadriano poſitus eſt ob conſtit. ad eundem 37. 9. 8. Viden. Leo lib. 48. tit. 4. c. 33.

v. 30. Idem 40. 5. 30. 3.) Adden. Leo lib. 48. tit. 4. c. 29.

p. 383. v. 1. Claudius Saturninus) Q. Claudius Venuleius Saturninus iuriſcon. videndus.

v. 9. Coelius Amaranthus) Amarantus recte eſt in Pand. Floren. eiuſdem nominis purpureus flos dicitur, quod non marceſcat. vnde Amarantina corona in epiſt. Diui Petri, immarceſcibilis appellatur.

v. 12. Lucii Cornelii) Haec Trebatii tempore, qui Labeonis praeceptor fuit, ſub Auguſto collocanda.

v. 30. Domitius Siluanus) Adden. Leo lib. 60. Baſil. tit. 18. c. 6.

p. 384. v. 1. Geminus) Vide Domitius Siluanus.

v. 4. Inſtius Celer) Apud Velleium Paterculum lib. 2. Inſteius Cato vnus ex Italicorum ducib. Marſico in bello dictus eſt.

poſt ver. 21. Deſideratur, IVLIVS SABINVS Vlpian. 1. 6. 1. qui ex familia Iulii Sabini ad ſtatuam confugerunt.) Vide Aelius Marcianus.

v. 23. In Valineis) ſic eſt in Florentino Pandect. ego, in balinei, ſcribo.

v.16. Iunius Mauricus) Ad hunc, vel alium eiuſdem nominis exſtant C. Plinii epiſt. lib. 1. et 6.

p.386.v.1. Sicius Saturninus) Sic eſt in Pand. Floren. ſed malo Seius Saturninus, vt Seius Oceanus Saturnini filius.

v.18. Thermus Minor) Hoc eſt Minuciorum cognomen ex faſtis Capitolinis, et apud Sueton. Caeſar ſtipendia prima in Aſia fecit, M. Thermi Praetoris contubernio. Hic Thermus Minor ſub Auguſto collocari debuit, quod de eius teſtamento Trebatius, et Labeo egerint.

p.387.v.37. Balliſta) Vergilii pueri carmen fuiſſe dicitur: Monte ſub hoc lapidum tegitur Balliſta ſepultus: Nocte, dieq. tuum carpe viator iter.

p.388.v.17. Moſchus Theodotus) Moſchus poëtae veteris nomen, qui bucolica poſt Theocritum ſcripſit. Graece ΜΌϹΧΟϹ vitulum ſignificat. Theodotus vero a Theodoro differt, Stoicus philoſophus fuit hoc nomine Ciceroni familiaris.

v.47. Tithaſus) Mitem ſignificat Graecis.

p.389.v.26. Agerius) Nomen fictum eſſe ſuſpicor, vt in formula Aquiliana: ſtipulatus eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius. 46.4.18.

v.34. Apronianus) Dion in Hadriano ait Apronianum patrem ſuum Ciliciae praefuiſſe, cum Traianus mortuus eſt.

v.38. Arellius Latinus) Arelli Fuſci mentionem facit Vopiſcus in Aureliano.

p.390.v.3. Addend. Leo lib. 48. Baſil. tit. 1. c. 10.

p.391.v.1. Lucius Cornelius) Haec ſub Auguſto collocari debuerunt. Vide p. 383. v. 11.

v.13. Lucius Eutychus) Malo Eutyches, quod felicem ſignificat.

v.19. in agro Farrariorum) Aut dominorum nomen eſt; aut quod illic farris copia eſſet, farraria dicebantur.

p.392.v.9. Harruntius Silo) Arruntius Silo, ſcribendum ex titulis veterum monumentorum.

v.13. Iulius Paulus) Hic fortaſſe pater eſt Iulii Pauli iuriſconſulti.

v.19. Iulia Domna) Sic dicta eſt Iulia Auguſta Seueri vxor, vt poſtea dicemus.

p.393.v.25. Cupitum ſeruum) Adden. Leo lib. 48. Baſil. tit. 4. c. 40.

p.395.v.23. Rutilius Lupus) Sic appellatur, qui de figuris ſcripſit, ſed is antiquior videtur, cuius Quinctilianus mentionem fecit.

v.46. Diui Eluii) ſic eſt in Pand. Floren. ſed ſcribendum eſt, Diui Heluii, vt alibi dictum eſt.

p.396.v.31. Aelia Dorcas) Dorcas mulieris nomen fuit, et capream ſignificat, vt in Actis Apoſt. legimus.

p.397.v.25. Iulia Domna) Sic in nummis appellatur Iulia Auguſta Seueri Imp. vxor: Iulia Domna Auguſta. Idq. confirmatur Oppiani poëtae carmine. Eadem Iulia Pia Felix Auguſta, in nummis dicitur. Domna autem pro Domina dici coepit, vt Domnus Apoſtolicus, et Iube Domne benedicere. et apud Graecos ΚΥ̂Ρ vel ΚΥ̂ΡΟϹ pro ΚΎΡΙΟϹ.

p.398.v.32. Vetinae quoque Italicenſi) Cum Italica in Baetica fuerit, Traiani, et Hadriani patria, ſuſpicor hanc Baetinam vocatam fuiſſe. ſic etiam Baeticae Proconſules, Veticae Proconſules in Pand. Floren. ſcriptos inuenio. vt 1. 6. 2: 47. 14. 1: 48. 8. 4. 1. Haec etiam non inter ciues Romanas, ſed inter prouinciales poni debuit.

v.42. Callimachus) Clarum veteris poëtae nomen.

p.399.v.4. merces * debito] perferendas) ſic Florentiae eſt editum. ſcribi debuit, merces Beryto perferendas.

v.7. Heros) malo Eros.

v.9. Daphnis) Paſtoris nomen fictum Theocrito, et Maroni. a lauro deducitur, quae Graecis Daphne eſt Apollini grata. Vnde illud eſt, Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.

v.17. Epitynchanus) A verbo ἘΠΙΤΥΓΧΆΝΩ deducitur, quod incido, vel conuenio ſignificat.

p.400.v.24. Glaucetyche) ſic eſt in Pand. Floren. ſed malo, Glaucae Tyche, ſiue Glaucae, et Tyche.

v.36. Aithales) ἈΕΙΘΑΛῊϹ ἈΕΙ ΘΆΛΛΩΝ, Suidas, quod ſemper vireſcat. ſic appellat Heſychius corollam, ſiue ramum datum in certaminibus, vt ſemper virentis oleae, vel lauri.

v.40. Aquilinus) Adde Leon. lib. 48. tit. 4. c. 18. Baſil.

p.401.v.1. Cratious) Adden. Leo lib. 48. tit. 3. c. 54.

v.9. Cupitus) ὈΥΠΙΤΟϹ appellatur in Baſil. lib. 48. tit. 4. c. 40. quod mihi mendoſum videtur.

v.16. December) Adden. Leo lib. 48. tit. 4. c. 40. Baſil.

v.22. Epictetus) Hadriani tempore vixit huius nominis philoſophus clarus. ſeruus is etiam fuit, vt refert Gellius lib. 2. c. 18. Eſt etiam regionis in Aſia nomen Straboni.

v.46. Seuerus vilicus, et Victorina vilica) ϹΕΒΉΡΟϹ Ὁ ΓΕΩΡΓῸϹ ΚΑῚ ΒΙΚΤΩΡΊΝΑ Ἡ ΚΑῚ ΓΕΩΡΓΊΑ. Leo d. c. 40.

p.402.v.1. Spendophorus) Malo Spondophorus, ſic enim dicitur fetialis, vt Plutarchus ait in problem. ϹΠΈΝΔΩ tamen Graecis eſt libo, et paciſcor. et ϹΠΕΝΔΟΦΌΡΟϹ eſt etiam in Baſil. lib. 48. tit. 4. c. 40.

v.9. Heros ſupraſcriptus) Duplici nomine idem ſeruus dictus eſt: nam ſupra eundem Stichum dixerat: aut memoriae peccatum fuit. Eros autem malo, quam Heros; quia ſeruis id nomen ſaepius imponebatur, amoris cauſſa. Heroëm autem ſeruum dicere, ineptum eſt. Intererit multum Dauusne loquatur, an heros. Horat. ait in arte. Sunt, qui ſcribant, Eros ne: alii, herusne.

v.22. Trophimus) Alumnum ſignificare exiſtimo. Viden. Leo lib. 48. tit. 4. c. 36. Baſil.

v.21. Baſilice libertae decem dedit) Videtur Scaeuola haec non Baſilicam, ſed Baſilicen vocaſſe. Sic apud Terentium eſt, Omphale ſeruire, in Eun.

v.24. Cyprogenia) Veneris cognomen videtur, quod Cypri coleretur, Vnde et Paphia dicitur, et Cypria Venus.

v.46.Thais) Adden.Leo lib.48.tit.4.c.40.Baſil.

p.403.v.1.Labeo) Ficta fortaſſe nomina ſunt Labeonis.et Neratiae.

v.3.Victorina vilica Seueri contubernalis) ΒΙΚΤΩΡΊΝΑ Ἡ ΚΑῚ ΓΕΩΡΓΊΑ Ἡ ΣΕΒΊΡΟΥ ΓΑΜΕΤΉ. Leo lib.48.tit.4.c.40. qui neq. villicae nomen, neq. contubernalis expreſſit. Ad fines tamen voces aemulatus eſt.

v.22.Aelianus) Adden.Leo lib.48.Baſil.tit.1.c.10.

p.404.v.5.Antoninus Achilleus) Latine dici debuit Achilles. Graecis enim eſt ἈΧΙΛΛΕΎΣ. Idem nomen inuenio ſub Aureliano, et Diocletiano, tyrannis quibuſdam fuiſſe. Sed antiquior eſt L. Sicinius Dentatus, Achilles Romanus dictus, qui ſub Decemuiris occiſus eſt. Viden. Gellius lib.2.c.11. noctium.

v.15.Aquilius Regulus) De M. Atilio Regulo alibi diximus, qui primi belli Punici tempore captus a Poenis fuit.49.15.5.2. Alius Regulus orator fuit Domitiani temporib. de quo viden. C. Plinius in epiſt.

p.406.v.37.Claudius Gorgus) Gordius Claudius, eſt in Baſil.lib.60.tit.37.c.5.

p.407.v.1.Claudius Saturninus) Vide Q. Claudius Saturninus Iuriſconſultus cap.2.

p.408.v.1.Erucius Clarus) De Sex. Erucio viden. C. Plinius lib.2.et 8.epiſt.

v.27.Firmus) Adde Leon.lib.48.Baſil.tit.4.c.12.

p.409.v.22.Hadriano Demonſtrati) Vox filio fortaſſe deſideratur Graecorum exemplo.

p.410.v.32.Iulius Sabinus) Tempore Pii Imp. poni debuit, vt antea dictum eſt.

p.411.v.23.Martialius) Sic etiam eſt in Baſil.lib.48.tit.4.c.38.

v.32.Miſſenius Fronto) Menſenius Fronto, eſt in Baſil.lib.48.tit.3.c.52.

v.32.Imperatores) Ὁ ΒΑΣΙΛΕΎΣ eſt in Baſil. Antoninus fortaſſe ſignificatur.

v.47.Numphidius) Malo, Nymphidius a nymphis.

p.412.v.17.Pactumeio Magno occiſo) Apud Lamprid. in Commodo non recte ſcriptum eſt, Pactuleius Magnus occiſus ab eodem Commodo. Recte apud Pompon.40.7.21.1. Pactumeius Clemens aiebat. Id confirmatur verbis Leonis lib.48.tit.5.c.21.Baſil.

p.413.3.Plaetorius) Non recte in Floren. Pand. eſt Pletorius. In multis enim denariis veterib. eſt, M. PLAETORIVS. CESTIANVS.

p.414.v.19.Tinnianus) Vide p.408.v.27.Firmus.

p.415.v.14.et eſt in ſemenſtrib.) Haec poſt Pium ante Seuerum ſcribenda.

v.20.Vlpius Proculus) Ante hunc ſcribi poteſt Vlpianus Damaſcenus, cuius mentio fit in conſtitutione Antonini, quae in Pand. Floren. deſideratur 48.22.16. Marciani. exſtat in Baſil.lib.60.tit.54.c.17. Non is eſt Domitius Vlpianus Tyrius iuriſcon. qui patriam ſuam laudat 50.15.1. Alius Vlpianus laudatur ab Athenaeo. Alius ſiue idem in orationes Demoſthenis quaedam ſcripſit ſcholia, ſiue periochas. Alios enumerat Suidas verbo ΟΥΛΠΙΑΝΌΣ.

v.51.Antiſtia) Haec ſub Imp. Pio ſcribi debuit.

p.416.v.15.Iunia Valeriana) Ante hanc ſcribi debuit, IVLIA MAMAEA. Vlpian.1.9.11. vt ſcio Antoninum Auguſtum Iuliae Mamaeae conſobrinae ſuae indulſiſſe. Sic autem dicta eſt Alexandri Imp. mater, quam ferunt Chriſtianam fuiſſe, Origene praeceptore vſam.

p.416.v.24.Maeuia) Adden.Leo lib.48.Baſil.tit.3.c.44.

v.26.Sacco, et Eytychiae, et Ireniae) ΣΆΚΧΥ ΚΑῚ ΕΥΤΥΧΊΑ ΚΑῚ ΕἸΡΉΝΗ eſt in Baſil.

p.418.v.8.Eros Pſyllus) Pſyllus pulicem ſignificat, et gentem venenis innoxiam. Viden. Leo lib.48.tit.4.c.14.Baſil.

v.15.Philargyrus) Malo Phylargyrus, quaſi argenti cuſtos.

v.18.Saccus) ΣΆΚΧΥΣ eſt in Baſil. vt in Maeuia dictum eſt. ΣΑΚΧΥΦΆΝΤΗΣ ſaccorum textor eſt Demoſtheni in Olympiodorum. Ego nihil muto.

v.30.Scorpus) Scorpius, malo.

p.419.v.1.Eutychia. Irene) Haec nomina Felicitatem, et Pacem ſignificant. Vide Maeuia, et Saccus.

p.420.v.42.Surus) Syrum forte ſcripſit iuriſcon. quamuis haec vox Varroni, et Feſto aliud ſignificet. Viden. Leo lib.60.Baſil.tit.50.c.10.

p.422.v.9.Zoilus) Adden.Leo lib.48.Baſil.tit.4.c.38.

v.27.Euemeria) Vide Aelianus. ΕὙΗΜΕΡΊΑ eſt in Baſil.lib.48.tit.1.c.10. quae vox felicem diem ſignificat, candido lapillo numerandum.

v.34.Cap. VI. De nominibus fictis et c.) Scitum eſt, quod Cicero ait lib.2.de oratore: Ideo in Catonis, et Bruti libris nominatim referri, quid alicui de iure viro, aut mulieri reſponderint: vt putaremus in hominibus, non in re conſultationis, aut dubitationis cauſam aliquam fuiſſe: et vt quod homines eſſent innumerabiles debilitati a iure cognoſcendo, voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi abiceremus. Verius eſt id accidiſſe propter varia reſponſa ab iuriſconſultis petita, quae poſtea ſunt totidem verbis in libris poſita. Sed quia viderunt nihil intereſſe hoc, an illo nomine vocaretur, cuius res agebatur: nominibus quibuſdam fictis vtebantur, vt philoſophi etiam veteres fecerunt, qui Dionem, et Theonem vſurpabant. Vtriuſq. rei teſtis eſt Plutarchus in problem. Sic idem ait ciues Romanos in nuptiis ſeſe Caios vocaſſe: Vbi tu Caius, ego Caia. Et omnes mulieres Caias fuiſſe dictas ex praenominib. libertorum earum confirmatur. Etenim Antiſtiae puta libertus, C. Antiſtius Ɔ. L. ſiue Caiae libertus appellabatur. Et boni ominis cauſſa fieri dicebatur propter Caiam Caeciliam, quae Tanaquil dicta eſt, vt Feſtus ait, et Valerii Maximi nomine lib.10. Iulius Paris. Vetus quoque prouerbium fuit, Attio idem, quod Titio ius eſto, quo vſus eſt M. Varro in ſatyra inſcripta teſtamentum; eoq. ſignificabatur pari eos iure fuiſſe, vt A.

Gellius refert lib. 3.c.16. Vnde non ſolum in formulis, ſed etiam in edictis Praetorum eadem quoque nomina inuenies, vt 41. 8. 10; 43. 5. 1: 43. 30. 1; 3. Hinc illa Tertulliani verba in apologetico cap. 5. Bonus vir C. Seius, ſed malus tantum quod Chriſtianus. Ego Lucium ſapientem virum, repente factum Chriſtianum defero. Apud Graecos mutata inuenio pleraq. nomina, et a Leone, ſiue a Sabbatio Spathario poſita in Baſilicis Chriſtianorum nomina Petrus, Paulus, Ioannes, Georgius, Maria. Antiquior Graecorum vſus eſt, cum ὉΔΕῖΝΟC dixerunt, vt 40.5.46.1. et 44.7.61. et Latini ille, vt ille illi ſalutem 39.5.63. ſic 7.1.7.1. 28.5.83: 30.81.4: 31.25: 34.3.19: 40.4.41: 40.5.47.4.

p.411. v.4. ſtipulatus eſt Aulus Agerius et c.) Haec eſt formula ſtipulationis a C. Aquilio Gallo concepta, cuius exemplum exſtat etiam lib. 3. Inſtit. tit. quib. modis tollitur oblig.

